Ne nimis contentiosi esse videamur, dahimus hostibus Dei dicentibus activam esse generationem Filii, quod non ex passione genuerit Pater. Sed quemadmodum est activa, ita etiam naturalis et essentialis, et ab hypostasi ejus inseparabilis. Necessarium igitur omnino est, tametsi Pater active Filium generet, esse plane coæternum : dictum enim est ipsum gignere a propria ipsius hypostasi separari non posse. Cum vero ejus hypostasis semper sit, erit etiam semper ex natura ipsius procedens fructus. Quomodo igitur non erit coæternus Filius?

ALIUD.

Videre est in iis quæ a Deo creata sunt, quod quæcunque generandi facultatem partite habent (hæc enim corporum lex est), et quando ad certam ætatis mensuram pervenerint, tum primum actu generare posse, ut homo, brutum animal, et planta. Hæc enim cum adhuc parva sint, non gignunt : ubi vero perfecta ætas accessit, gignunt. Quid igitur obstiterit quominus substantia Patris, cum perfecta sit, genuerit ex se citra tempus coæternum sibi genimen? Neque enim quisquam dixerit substantiam Dei perfectam in tempore fuisse : cum semper eodem modo se habeat, neque augmento ullo egeat, neque minui ulla ratione possit. Oportuit itaque demirari eos nisi coæternum erat Deo id quod ex eo procedit, non ex contrariis interrogare illud, Quando genuit Filium? Patri enim semper perfecto, convenientissimum est ab æterno citra tempus generare.

ALIUD.

Contentiosius vero interrogantibus : An Pater aliquando genuerit Filium, objici potest, ac dici : Quando ignis urere cœperit. Sed non poterunt hujus initium monstrare : simul ac enim factus est ignis, urendi facultas ei infuit. Si ergo creaturis a Deo factis et esse, et eo modo esse inest, quid prohibebit quominus fateamur Patrem operibus suis majorem esse, simulque et esse, Filiumque ex acipio genitum habere?

ASSERTIO VI.

43 *Quod Pater citra divisionem et citra corruptionem ex seipso genuerit Filium.*

Objectio ex Eunomio.

At quomodo, inquit, non fuerit necessarium fieri diminutam esse Patris substantiam, si ex ea processit Filius quasi pars quadam ejus existens? Si autem vultis Patri immutabilitatem servare, nulloque imminutioni obnoxium statuere, fatemini etiam Filium non esse partem substantiæ ejus,

ΑΛΛΟ.

Ἴνα μὴ σφόδρα φιλόνοικοι τινες εἶναι δοκῶμεν, συνθησόμεθα τοῖς χριστομάχοις ἐνεργητικὴν εἶναι λέγουσι τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, διὰ τὸ μὴ ἐκ πάθους τετοκέναι τὸν Πατέρα. Ἄλλ' ὡςπερ ἐστὶν ἐνεργητικὴ, οὕτω δὴ φυσικῆ τε καὶ οὐσιώδης, καὶ τῆς ὑποστάσεως ἀχώριστος. Ἀνάγκη τοιγαροῦν, κἂν τέκη τὸν Υἱὸν ἐνεργητικῶς ὁ Πατήρ, εἶναι πάντως αὐτὸν συναίδιον· προεῖρηται γὰρ ὅτι τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀχώριστον ἔχει τὸ τίκτειν. Οὐσης δὲ αἰετῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, εἶναι δεῖ πάντως καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς προελθὼν φύσει ὑπάρχον καρπός. Πῶς οὖν οὐκ ἔσται συναίδιος ὁ Υἱός;

ΑΛΛΟ.

Ὅρωμεν ἐν τοῖς πεπονημένοις παρὰ Θεοῦ, ὅτιπερ ὅσα τοῦ γεννᾶν τὴν δύναμιν ἔχει μεμερισμένως (οὗτος γὰρ σωμάτων νόμος), καὶ ὅταν εἰς μέτρον ἡλικίας ἔλθῃ φανερόν, τότε καὶ ἐνεργὸν ἴσχει τὸ τίκτειν, οἷον ἄνθρωπος, ζῶον ἄλογον, καὶ φυτόν. Ταῦτα γὰρ μικρὰ ἔντα, τίκτειν οὐ δύναται· τελειούμενα δὲ, καὶ τοῦτο ποιεῖ. Τί οὖν ἐκόλυε τελείαν οὕσαν τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς τίκτειν τὸ ἐξ αὐτῆς ἀχρόνως ὡς συναίδιον αὐτῆ; Οὐ γὰρ δήπου φήσειεν ἄν τις ὡς ἐν χρόνῳ τὸ τέλειον ἔσχεν ἢ τοῦ Πατρὸς οὐσία, αἰετῶς ὡσαύτως ἔχουσα, καὶ οὕτε προσθήκης τινὸς δεομένη, οὔτε μείωσιν ὑποστῆναι δυναμένη. Ἔδει τοιγαροῦν ἀποθαυμάζειν αὐτοὺς, εἰ μὴ συναίδιον ἦν τῷ Θεῷ τὸ ἐξ αὐτοῦ, οὐκ ἐκ τῶν ἐναντιῶν ἐπερωτᾶν τὸ, Πότε γέγεννηκε τὸν Υἱόν; Τῷ γὰρ αἰετῶς τελείῳ Πατρὶ τὸ γεννᾶν ἀχρόνως προπεδέστατον.

ΑΛΛΟ.

Τοῖς διερωτῶσι φιλονεικώτερον, πότερον ποτε γέγεννηκε τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ, ἀκόλουθον ἀντιθεῖναι καὶ λέγειν· Πότε τοῦ πῦρ τοῦ καλεῖν ἤρξατο; Ἄλλ' οὐχ εὐρήσουσι δεῖξαι τοῦτου τὴν ἀρχήν· ἅμα τε γὰρ ἐγένετο πῦρ, καὶ ἦν καυστικόν. Εἰ τοίνυν τοῖς παρὰ Θεοῦ πεπονημένοις ὁμοῦ καὶ τὸ εἶναι καὶ τοιῶσδε εἶναι ὑπάρχει, τί κωλύσει μείζονα τῶν οικειῶν ἔργων ὁμολογεῖν εἶναι τὸν Πατέρα, ὁμοῦ καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸν Υἱὸν ἔχοντα γεννητῶς ἐξ αὐτοῦ;

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Ἵτι ὁ Πατήρ ἀμερίστως καὶ ἀρεύστως ἐγέννησεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱόν.

Ἀντιθέσις ὡς ἐκ τῶν Εὐνομίων.

Καὶ πῶς, φησὶν, οὐκ ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν ἡλαττώσθαι τοῦ Πατρὸς τὴν οὐσίαν, εἴπερ ἐξ αὐτῆς προῆλθεν ὁ Υἱὸς μέρος ὡςπερ τι τυγχάνων αὐτῆς; Εἰ δὲ βούλεσθε τὸ ἀτρεπτον τηρεῖν τῷ Πατρὶ καὶ τὸ ἔνω κεῖσθαι τῆς ἐλαττώσεως, οὐ παραιτήσεσθε φρονεῖν ὡς οὐκ ἂν εἴη μέρος ὁ Υἱὸς τῆς οὐσίας αὐτοῦ, οὐδὲ

ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξωθεν, καὶ κατὰ δύναμιν τὴν ἐν βου- A
λήσει μόνῃ τὴν συνύπαρξιν ἔχει.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Μικρὸν, ὡ βέλτεστε, σαυτὸν ἄνω σωμάτων ἔχε καὶ
τῶν περὶ τὰ σώματα παθῶν· περὶ Θεοῦ γὰρ ὁ λόγος.
Εἰ γὰρ οἶσι καθάπερ ἄνθρωπον τίκοντα τὸν Θεὸν
ἐλαττοῦσθαι πῶς ταῖς ἀπορροίαις, καὶ δίχα τινὸς ζη-
μίας μὴ δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν, μεριζόμενον ὡσπερ
εἰς τὸν ἐξ αὐτοῦ προελθόντα Λόγον, τί κωλύσαι τὴν
αὐτὴν ἐπαγαγεῖν βλασφημίαν, καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις
ἅπασιν τοῖς προσώποις αὐτῶ; Εἰ γὰρ ὡς ἄνθρωπος
τίκτει βευστῶς, δημιουργήσει καὶ ὡς ἄνθρωπος μετὰ
σόνου. Εἰ δὲ τοῦτο ἄστογον (οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὁ
Θεὸς δημιουργεῖ), οὐδὲ ὡς ἄνθρωπος ἄρα γενήσεται, B
ἀλλὰ τὴν ἀνθρώπου φύσιν κἀν τούτῳ πάλιν ἀναθήσει-
ται, γενῶν ἀμερίστως.

ἌΛΛΟ.

Εἰ καθάπερ ἄνθρωπος τίκτει Θεός, ἐργάζεται καὶ
ὡς ἄνθρωπος. Καὶ ἐπειδήπερ ἡμεῖς ὕλης παρακειμέ-
νης τινὸς διὰ κινήσεως χειρῶν ἀποτελούμεν τι τῶν
ἴσα ποιεῖν βουλόμεθα, οὕτω καὶ Θεός. Εἰ δὲ δίχα
χειρῶν καὶ ὕλης ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ
πάντα λόγῳ παράγει, τὴν ἀνθρώπου φύσιν νικῶν,
νικήσει πάντως αὐτὴν καὶ περὶ τὸν τοῦ γεννῶν ἐρ-
ρόν.

ἌΛΛΟ.

Τὰ συνέχοντά τινα, οἶονεὶ κύκλῳ περιτετάσθαι
πάντως ἀναγκαῖον τῶν ἴσα συνέχει. Τὸ δὲ εἰς κύκλον C
ἐκτείνεσθαι σωμάτων ἴδιον. Πῶς οὖν τὰ πάντα συν-
έχει ὁ Θεὸς ἀσώματος ὄν, καὶ διὰ τοῦτο μὴδὲ ἐν
τόπῳ νοεῖσθαι δυνάμενος; Ἀλλὰ συνέχει τὴν ἐν τοῦ-
τοις ἀκολουθίαν ὡς Θεός, ἀναβαίνων. Οὐκ ἄρα τοῖς
σωματικῶν ὑποκίεσται νόμοις· οὐκοῦν οὐδὲ ὡς σῶμα
γενήσεται.

ἌΛΛΟ.

Τὸ ἐν πᾶσιν ὄν καὶ διὰ πάντων διήκον, συμπλέκε-
σθαι τοῖς πᾶσιν ἀναγκαῖον. Οὕτω γὰρ ὄν εἴη καὶ ἐν
πᾶσιν. Ἀλλ' οὐ συμπεπλέχθαι μὲν τὴν οὐσίαν τοῦ
Θεοῦ τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἐν κόσμῳ σωμάτων ὁμολογήτο-
μεν· μένει γὰρ ἐφ' ἑαυτῆς καθαρὰ τε καὶ τῆς πρὸς
ἕτερον κοινωνίας, ἀσύμπλοκος φυσικῶς· διήκει δὲ ὁ
μὲν διὰ πάντων παραδόξως καὶ ἀρρήτως. Οὐκ ἄρα D
ταῖς σωμάτων ἀκολουθίαις ὑποκίεσται. Διόπερ οὐδὲ
κατὰ τὴν τῶν σωμάτων φύσιν γενήσεται.

ἌΛΛΟ.

Εἰ ἀπλοῦς καὶ ἀσύνθετός ἐστι καὶ νοεῖται Θεός,
πῶς διαφόρους καὶ ποικίλους ἔχει τὰς ἐνεργείας,
πολλὰ ποιημάτων εἶδη κατὰ καιροῦς ἐργαζόμενος;
Εἰ δὲ οὐδὲν εἰς τὸ ἀπλοῦς εἶναι βλαβήσεται διαφόρων
ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἐνεργῶν, ἐπεὶ μὴ κατὰ σῶμά
ἐστιν, ἄνω σωμάτων καὶ ἐν τῷ γεννῶν κίεσται.

Ἀντιθεσις ὡς ἐκ τῶν Εὐνομίου.

Εἰ βούλεσθε, φησὶ, τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς
οὐσίας προελθῆναι λέγειν, ἀνάγκη πρότερον ὁμολο-
PATROL. GR. LXXV.

A neque ex ipso esse, sed extrinsecus et secundum
facultatem sive potentiam quæ in sola voluntate
est, coexistere.

Solutio objectionis.

Paulo altius, bone vir, supra corpora eorumque
affectiones mentem attolle : de Deo enim fit sermo.
Si enim censes Deo perinde atque homini in gene-
rando aliquid decedere, neque id facere posse nisi
aliquid illi depereat, ita ut quodammodo in Verbum,
quod ex ipso procedit, dividatur, quid obstiterit quo-
minus eandem blasphemiam ad reliquas ejus pro-
prietates accommodemus? Si enim per fluxum gignit
ut homo, creabit etiam ut homo cum labore.
At si id absurdum est (neque enim Deus ita ut homo
creat), neque igitur gignet ut homo, sed humanam
naturam etiam in hoc superabit, generans citra
divisionem.

ALIUD.

Si Deus gignit eadem ratione qua homo, operatur
etiam ut homo. Et cum proposita aliqua materia
adminiculo manuum ea quæ volumus perficimus, ita
ergo etiam Deus. At si Deus absque manibus et
materia ex nihilo cuncta verbo ad esse traducit,
humanam naturam longe superans, etiam superabit
ipsam in generandi modo.

ALIUD.

Ea quæ alia in se continent, necesse est ut veluti
in orbem circumjecta sint omnibus iis quæ conti-
nent. At vero in orbem flecti atque extendi corpo-
rum est. Quo pacto igitur omnia continet Deus, cum
sit incorporeus, 44 atque ob id ne in loco quidem
esse intelligi possit? Sed continet ordinem rerum,
ut Deus, transcendens. Non itaque corporeis legibus
subjacebit : ergo neque ut corpus generabit.

ALIUD.

Id quod in omnibus existit cunctaque permeat,
connecti omnibus necesse est. Ita enim in omnibus
fuerit. Cæterum nequaquam fatebimur Dei substan-
tiam variis mundi corporibus connexam esse :
manet enim illa in se pura et naturalis, cum altero
connexionis expers ; permeat tamen omnia admi-
rando quodam atque ineffabili modo. Non igitur
corporum connexioni subjectus est. Ergo neque
juxta corporum naturam generabit.

ALIUD.

Si simplex et non compositus est atque intelligitur
Deus, quo pacto diversas variasque habet operatio-
nes, multas creaturarum species per tempora ope-
rans? Si vero diversa ejus in singulis operatio non
impedit quominus simplex sit, cum non secundum
corpus existat, corporum etiam conditionem in
generando superabit.

Obiectio Eunomii.

Si velitis, inquit, Filium ex Patris substantia
processisse, fatendum omnino est eum prius in Ipso

exstitisse. Ita enim ex eo processisse videbitur. At si Filium Pater, nullumque alium post eum geniturus est (unigenitus enim est), necesse est uſdicamus eum generandi potestate privatum esse, atque ex parte imminutum, genito semel Filio, neque amplius in eo ut prius existente.

Solutio.

Rursus ea quæ corporibus propria sunt Dei naturæ ascribere non erubescis? Neque enim ut corpus in corpore, ita Filium in Patre contineri cogitandum est. Neque quemadmodum quæ ex nobis gignuntur in parentum lumbis jacuisse creduntur, ita de divino genimine sentiendum est. Si quis enim eo audaciæ proruperit ut ad corporum miseriam ineffabilem Dei essentiam protrudat, quid obstiterit quominus ne generasse quidem Patrem contendat? **45** Quod nimirum parere matri potius quam viro conveniat? Cum vero Deus incorporeus sit, neque differentiis quæ in corpora cadunt obnoxius (masculus enim et femina tantum in formis corporeis quæeruntur), sed simplicis incorporeæque naturæ, et mens purissima, eam ob causam, opinor, si quis generationem quæ Deo convenit investigare velit, fecunditatem quæ in mente consistit considerare debet, atque hinc potius Verbi generationem comparare, non autem dicere Deum minus esse fecundum quam sint corpora. Neque enim ut corpus generat, siquidem et humanam mentem gignere dicimus cogitationes bonas. Bonus enim vir, inquit Servator, e corde profert bona ⁴⁶. Si ergo impium est dicere mentem humanam fructum nullum proferre, cum id Dominus ipse testetur et res ipsa probet, quo pacto non absurdum fuerit dicere supremam omnium mentem infrugiferam esse, et fecunditate quæ ei convenit privare; aut si dicant, generare, corporeis legibus subijcere atque ita perinde ac corpus generare, cum ne mens quidem quæ in nobis est corporeo modo generet? At vero qui universa transcendit longeque superat Deus, quo pacto non mentem etiam generationis modo superabit, non amissione aut fluxu cujusquam quod ei prius iuerat, sed illustratione citra ullam divisionem ex scipso gignens Filium, secundum ineffabilem atque inenarrabilem divinæ generationis modum?

ALIUD.

Quidquid ad similitudinem alterius factum est, ab æqualitate primi exemplaris recedit, et secundas ab illo partes tenet. Creata itaque natura per potentiam Dei effecta est secunda, et effecta per gratiam ad illam quæ vere ac proprie secunda est. Deficiet itaque omnino ab illa veritate quæ illi inest in modo generandi; et generabit quidem, sed non ita atque illius ad cuius similitudinem effectum est. Quod si ita est, generabit Deus, non ut creatura qua: per gratiam

⁴⁶ Matth. xii, 35.

γενῆν προῦποκεισθαι τοῦτον ἐν αὐτῷ. Οὕτω γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν φαίνεται. Καὶ εἰ τὸν Υἱὸν ἐγέννησεν ὁ Πατήρ, καὶ ἕτερον ἐπ' αὐτῷ οὐδένα τέττειται (μονογενῆς γὰρ), ἀφηρῆσθαι καὶ αὐτὸν ἀνάγκη λέγειν τῆς γεννητικῆς δυνάμεως, ἡλαττώσθαι δὲ καὶ ἐκ μέρους, γεννηθέντος ἀπαξ τοῦ Υἱοῦ καὶ μηκέτι ὄντος ἐν αὐτῷ καθάπερ καὶ πρότερον.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Πάλιν τὰ σωμάτων ἴδια τῆ τοῦ Θεοῦ φύσει περιτεθεισὸς οὐκ ἐρυθριᾷ; Οὐ γὰρ καθάπερ σῶμα ἐν σώματι τὸν Υἱὸν ἐν Πατρὶ κεῖσθαι δίκαιον ἔννοεῖν. Οὐδὲ ὥσπερ τὰ ἐξ ἡμῶν γεννώμενα τῆ τῶν γεννῶντων ὁσφύϊ περιέχεσθαι πιστεύειν εὐπρεπὲς, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ θεοῦ γεννήματος φρονητέον. Εἰ γὰρ τις εἰς τοῦτο **B** προβαίνει τὸλμης ὡς εἰς τὴν τῶν σωμάτων ἀθλιότητα τὴν ἀρῆρτον τοῦ Θεοῦ καταφέρειν οὐσίαν, τί κωλύσει λέγειν μὴδὲ ὄλως γεγεννηκέναι τὸν Πατέρα; Ἐπεὶ τὸ τίκτειν μητρὶ μᾶλλον ἢ ἀνδρὶ πρεπωδέστερον; Ἐπειδὴ δὲ οὕτε σῶμα Θεός, οὕτε μὴν τὴν ἐν τοῖς σώμασιν ἔχει διαφορὰν (ἔρσεν γὰρ καὶ θῆλυ μόνον ἐν τοῖς τῶν σωμάτων ζητεῖται σχήμασιν), ἀπλοῦς δὲ καὶ ἀσώματος, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο νοῦς ὁ πάντων καθαρῶτατος, διὰ ταύτην οἶμαι τὴν αἰτίαν χρῆναι δεῖν τοὺς ὄσοι τὴν ἐπ' αὐτοῦ γέννησιν ἐξετάζειν βούλονται, τὰς ἐκ νοῦ καρποφορίας ζητεῖν, καὶ ταύταις μᾶλλον ἐξομοιοῦν ἐπιτελεσθαι τοῦ Λόγου τὴν γέννησιν, καὶ μὴ λέγειν σωμάτων ἀγωνώτερον εἶναι Θεόν, ἐπεὶ μὴ ὡς σῶμα γενῆν. Γενῆν μὲν γὰρ καὶ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν πάντως ἂν ὁμολογήσαιμεν διαλογισμοῦς **C** ἀγαθοῦς. Ἀπὸ γὰρ τῆς καρδίας ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, καθά φησιν ὁ Σωτήρ, προφέρει τὰ ἀγαθὰ. Εἰ τοίνυν ἀσεβὲς εἶπεν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν καρπὸν οὐκ ἔχειν, καὶ τοῦ Κυρίου φάσχοιτος καὶ αὐτοῦ δὲ βοῶντος τοῦ πράγματος, πῶς οὐκ ἄστοπον τὸν ὑπὲρ πάντα νοῦν ἀκαρπον εἶναι λέγειν, καὶ τῆς πρεπούσης αὐτῷ καρποφορίας ἀποστειρῆν; ἢ εἰ λέγονται γενῆν, ὑποκεῖσθαι ταῖς τῶν σωμάτων ἀνάγκαις ὑπολαμβάνειν, καὶ οὕτως αὐτὸν ὡς σῶμα γενῆν, οὐδὲ τοῦ ἐν ἡμῖν ὑπάρχοντος νοῦ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων γεννῶντος νόμον; Ὁ δὲ ἄνω πάντων ἀναδεηκῶς καὶ πάντα ὑπερκεῖμενος Θεός, πῶς οὐ γεννήσει καὶ ὑπὲρ νοῦν, οὐκ ἀποβολὴν ἢ ἀπόρροϊαν προῦποκειμένου τινὸς ὑπομένων, ἀλλ' ἐκλάμψας ἀμέριστως ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν, κατὰ τὸν ἀρῆρτόν τε καὶ ἀφραστον τῆς θείας γεννήσεως τρόπον; **D**

ἌΛΛΟ.

Πᾶν ὅπερ ἂν καθ' ὁμολοίαν γένοιτό τις, ἀπολείπεται πάντως τῆς πρὸς τὸ πρωτότυπον ἰσότητος, καὶ τῆς ἐκείνου δόξης ἐστὶ δεύτερον. Ἄγεται τοίνυν διὰ δυνάμεως Θεοῦ πρὸς καρπογονίαν ἢ γεννητὴ φύσις, πρὸς ἐκείνην μορφουμένη διὰ χάριτος τὴν ὄντως καὶ ἀληθῶς καρπογόνον. Ἄρ' οὖν ἀπολειφθήσεται πάντως καὶ τῆς ἐκείνῃ προσούσης ἀληθείας περὶ τὸν τοῦ γενῆν τρόπον· καὶ γεννήσει μὲν, οὐχ ὡς ἐκεῖνο δὲ, πρὸς ὃ καὶ μεμόρφωται. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, γεννή-

σει μὲν ὁ Θεός, οὐκ ὡς ἡ κτίσις δὲ κατὰ χάριν καὶ ἄ
ταύτην λαβοῦσα τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμοίωσιν, ἀλλ' ὑπὲρ
πάντα τὰ γενετὰ.

A hanc cum eo similitudinem est consecuta, sed longe
excellentiore quam omnes creaturæ modo.

ΑΛΛΟ.

Ἐρώτησις ὡς ἐκ τοῦ Εὐνομίου.

Ὁ Πατὴρ ἐγέννησεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν, καθάπερ
ὁμοίως φατε οἱ ἐπὶ πολλῇ λίαν ὀρθότῃ δογμάτων
ἀποσεμνυόμενοι· ἀλλ' ὄρατε καὶ τοῦτο. Τέλειος ἦν
ὁ Πατὴρ πρὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' εἰ γεν-
νήσας εἰς δυάδα μέμερίσται, πῶς ἐστὶ τὸ τέλειον ἔξει;
εἰ μὴ ἄρα γέγονε περὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πληθυσμὸς,
οἶονε τὸ κενωθὲν ἀναπληρῶν. Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα τὸ
ἐξ ἐνάδος εἰς δυάδα τεμνόμενον, ἐλαττον ἑαυτοῦ φα-
νεσθαι, εἰ μὴ τις ἀξὴ παρεισδραμοῦσα προσθεῖη τὸ
ἐκλειποῦς. Εἰ δὲ τοιοῦτον οὐδὲν περὶ τὴν θείαν οὐ-
σίαν συμβαίνει δύναται, οὐκ ἐγέννησεν ἄρα ἐξ ἑαυ-
τοῦ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἵνα μὴ φαίνεται μεριζόμενος·
ὕπστησε δὲ αὐτὸν ὁμοίον ἑαυτῷ κατὰ πάντα.

B
Pater genuit Filium ex seipso, ut vos 46 dicitis
qui de summa dogmatum rectitudine gloriamini;
sed videte etiam hoc. Pater ante generationem Filii
perfectus erat; sed si postquam genuit in dualitatem
divisus est, quo pacto manebit perfectus? nisi for-
tasse in ejus substantia suppletio quædam facta
fuerit, quæ quodammodo id quod exhaustum fuerat
supplevit. Necessarium enim prorsus est ut quod
ex unitate in dualitatem secatur, minus seipso
defectum compenset ac suppleat. Si vero neutrum
horum in divina natura accidere potest, ergo non
genuit Pater ex seipso Filium, ne divisus esse videat-
ur; eum vero sibi similem in omnibus fecit atque
constituit.

ALIUD.

Interrogatio ex objectione Eunomiæ.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἐτέρων ἰδεῖν ὅτι πολλὴν οἱ χρι-
στομάχοι νοσοῦσι φρενῶν ἐρημίαν, οὐδὲν δὲ ἤττον καὶ
διὰ τούτων. Πλανῶνται γὰρ ὄντως, μὴ εἰδότες τὰς
Γραφὰς μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Πῶς γὰρ ὁμοίον
ἔσται κατὰ πάντα τῷ ἀκτίστῳ καὶ ἀει ὄντι Θεῷ καὶ
Πατρὶ, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ὑπόστασιν ἐνεχθέν; Εἰ
γὰρ ὅλως ὑπέστη, οὐκ ἦν δηλονότι ποτέ. Πῶς δὲ οὐκ
αἰσχύνονται μερισμοὺς καὶ ἀποτομάς περὶ τὴν θείαν
γέννησιν εἰσφέροντες, καὶ τοῖς τῆς γεννητῆς φύσεως
νόμοις ὑποτιθέμενοι τὴν ἀρρήτην οὐσίαν; Οὐ γὰρ δὴ
ποῦ τοῖς οἰκειοῖς ποιήμασιν Ἰσοῦ ἔσται Θεός, οὐδὲ
οὕτω γεννησεί καθάπερ ἐκεῖνα· ἀλλ' ὡσπερ ἐν ἅπα-
σιν ὑπερέχει αὐτῶν, οὕτως ὑπερέξει καὶ τούτῳ.
Καὶ εἰ πάσης ἀνω γεννητῆς οὐσίας ἐστὶν ὁ Θεός καὶ
Πατὴρ, ἀνω πάλιν αὐτῆς ἔσται καὶ κατὰ τὸν ἐν τῷ
γεννᾶν τρόπον, ἀρρήτως τοῦτο ποιῶν καὶ θεοπρε-
πῶς.

C
Cum ex aliis multis constat quanta mentis inopia
laborent hostes Dei, tum nihilominus ex istis.
Errant enim prorsus, neque scientes Scripturas,
neque virtutem Dei 46. Quomodo enim æquale per
omnia Deo ac Patri increato semperque existenti
fuerit id quod ex nihilo ad esse tractum est? Si
enim factus et constitutus fuit, procul dubio ali-
quando non fuit. Quo pacto autem non pudet eos
divisiones et sectiones in divinam generationem
inducere, et ineffabilem substantiam creatæ naturæ
legibus subijcere? Neque enim creaturis abs se
factis æqualis est Deus, neque eadem ratione generat
qua illa; sed sicut in cæteris omnibus illas excellit,
ita etiam in hoc. Et si omnem creatam substantiam
Deus ac Pater longe superat, erit etiam ea superior
generandi modo, ineffabiliter divineque id faciens.

ΑΛΛΟ.

Μερισμοὺς καὶ ἐλαττώσεις ὑπομένειν, ἀξὴν τε καὶ
πληθυσμὸν, καὶ τὰς ἐν τῷ τίχτειν ἀπορρόλας τωμά-
των, ἴδιον καὶ τῶν ὄσα τῆς γεννητῆς οὐσίας ἐστίν. Εἰ
τοῖνον οὕτω τίχτει Θεός, ὡσπερ καὶ τὰ σώματα, καὶ
κρατήσῃ νόμος ἐπ' αὐτοῦ τοιοῦτος ὁποῖος ἐν τοῖς πε-
ποιημένοις, οὕτω καὶ δημιουργήσῃ καθάπερ καὶ τὰ
σώματα, ὄργανοις δηλαδὴ καὶ χεροῖ κεχρημένος. Εἰ
δὲ τῆς σωματικῆς καὶ γεννητῆς φύσεως οὕτω δυναμέ-
νης δημιουργεῖν καὶ οὐκ ἐτέρως, λόγῳ τὰ πάντα Θεός
ἐργάζεται, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ βουλήσῃ τὰ ὄντα τὴν
οὐσίαν ἔχει, πῶς οὐ γελοῖον ἐν τοῖς ἀξιολογωτέροις
καὶ μείζονσι μὴ ἀνω κείσθαι πάθους τὸν Θεόν, μηδὲ
ἐξάλλεσθαι τὰ τοῖς σώμασιν εἰωθότα συμβαίνειν περὶ
τὸ γεννᾶν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνάγκης οὕτως εἶναι περὶ τὸ
γεννᾶν, καθάπερ καὶ τὰ σώματα. Ὅσπερ οὖν δημιουρ-
γεῖ μὲν οὐκ ὡς ἄνθρωπος, οὐδὲ ὡς σῶμα, οὕτω καὶ
γεννᾶται τῶν σωμάτων συνηθείας οὐκ ὑποκείμενος.

ALIUD.

Divisiones et imminutiones, incrementa, et
suppletiones ac defluxus in generando corporum
propria sunt, et eorum quæ creatam substantiam
habent. Si igitur Deus ita gignit sicut corpora,
eademque lege tenetur qua creaturæ, creabit etiam
quemadmodum corpora, instrumentis nimirum et
manibus utens. Si vero cum corporea et creata
natura ita operari possit neque aliter, Deus verbo
omnia operatur, et in ejus voluntate omnia con-
sistunt, quo pacto non ridiculum fuerit in rebus
dignioribus et momenti Deum non esse expertem
passionis, 47 neque corporum in generando condi-
tionem superare, sed veluti necessitate quadam ita
generare ut corpus? Quemadmodum igitur creat
non ut homo, neque ut corpus, ita etiam generat
corporum consuetudini nequaquam astrictus.

46 Matth. xxii. 29.

ALIUD, ad rei explicationem.

Pater Filium ex seipso absque divisione aut intervallo produxit, quemadmodum et sol splendorem ex se emissum. Quamvis splendor solis non habeat propriam hypostasim, neque perfecte ipse in seipso essentia sit: habet enim suum esse in sole; divinum vero genimen hoc tantum ex hoc exemplo habet quod ex Patre procedat citra divisionem ullam et absque spatio, propriamque habet hypostasim non separatam a Patre, sed in Patre et cum Patre intellectam atque existentem. Dicere autem sectionem et decisionem in divina generatione factam fuisse, immanis insanix est documentum. Cum enim divinitas loco non circumscribatur, ne id quidem quod ex eo procedit in loco erit. Quod vero neque in loco est, neque esse potest, quomodo separari potest? Quonam enim ibit quod sectum est? aut e quo in quem transferetur? hæc siquidem corporum sunt propria, ab incorporea vero natura prorsus aliena. Ne igitur impie in divina generatione defluxus, separationes, atque his similia commiscantur. Suprema enim illa omnium natura nulli passioni, separationi aut sectioni est obnoxia, neque corporum proprietates recipit. Sed quemadmodum creat mirabiliter, longeque alio quam nostra consuetudo fert modo, ita etiam generat ex se alia ratione quam nos.

Exempla particulatim declarantia quo pacto Filius citra separationem e Patre processit.

Sermo enuntiativus, quo utimur, in mente et ex mente gignitur, atque alius quidem videtur esse ab eo qui in corde agitatur, quatenus extra os veluti e tenebris in lucem emittitur; est autem rursus in eo, similisque ei est per omnia. In sermone enim videtur cogitatio cordis, et rursus in mente sermo nondum loquendo expressus. Ita etiam Filius Dei, absque separatione e Patre procedens, **48** character est et expressa figura proprietatis suæ: Verbum enim est hypostaticè existens et vivens ex vivo Patre.

ALIUD.

Ita genuit ex se Pater Filium absque separatione, ac si sapiens aliquis gignat aliquod inventum, sive mechanicum, sive geometricum, sive ejusmodi ali- **D** quid. Videntur enim quodammodo sapientix fructus esse, atque ita natura se habent; atqui non est separata a sapientia ars quæ ex ea est excogitata: sed est ex ipsa et in ipsa genitricis suæ imaginem exprimens, et citra separationem aliud quidplam esse videtur. Ita et generatio Filii, cum sit absque separatione ex Patre, in sua hypostasi servatur, longe tamen hujus exempli sive similitudinis vim excedens.

ALIUD.

Qui divinorum dogmatum veritatem quærunt, non in humanas rationes mentis oculos conjiciunt. Neque quia Pater genuit Filium, imminutum eum

A

ΑΛΛΟ, διηγηματικῶς.

Ὁ Πατὴρ ἐξέλαμψεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν ἀμερίστως τε καὶ ἀδιαστάτως, ὡς περὶ οὖν καὶ ὁ ἥλιος τὸ ἐξ αὐτοῦ πεμπόμενον ἀπαύγασμα. Ἄλλ' ἐκεῖνο μὲν οὐκ ἰδιοῦστατον οὐδὲ τὴν οὐσίαν ἐντελὲς αὐτὸ καθ' αὐτό· ἔχει γὰρ ἐν τῷ ἡλίῳ τὸ εἶναι· τὸ δὲ θεῖον γέννημα μόνον ἔχον ἐκ τοῦ παραδείγματος τὸ ἐκ Πατρὸς προελθεῖν ἀμερίστως καὶ ἀδιαστάτως, ἰδίαν ἔχει τὴν ὑπαρξίν οὐ κεχωρισμένην τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐν Πατρὶ καὶ μετὰ Πατρὸς νοουμένην καὶ ὑπάρχουσαν. Τὸ δὲ λέγειν ὅτι τομὴ καὶ ἀποκοπὴ περὶ τὴν γέννησιν αὐτοῦ γέγονε, μανίας ἀμέτρου σημεῖόν ἐστιν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐν τόπῳ περιεσφραγίζεται τὸ θεῖον, οὐδὲ ἐν τόπῳ τοιοῦτον τὸ ἐξ αὐτοῦ. Τὸ δὲ μὴ ὂν ἐν τόπῳ, ἢ καὶ μὴ εἶναι δυνάμενον, πῶς ἐπιδέχεται **B** μερισμόν; Ποῦ γὰρ χωρήσει τὸ τμηθὲν; ἢ ἐκ τίνος εἰς τί μετακίχεται; ταῦτα γὰρ σωμάτων μὲν ἴδια, τῆς δὲ ἀσωμάτου φύσεως παντελῶς ἀλλότρια. Μὴ τοίνυν δυσσεβῶς ἀναπλάττωσάν τινες περὶ τὴν θεῖαν γέννησιν τὰς τε καλουμένας ἀπορροίας, καὶ μερισμοὺς, καὶ ὅσα πρὸς ταῦτα τὴν συγγένειαν ἔχει. Ἄνω γὰρ πάθους καὶ μερισμοῦ καὶ τομῆς, ἢ τῶν πάντων ὑπερκειμένη φύσις, καὶ οὐκ ἐπιδέχεται τὰ σωμάτων ἴδια. Ἄλλ' ὡς περὶ δημιουργεῖ παραδέξως, οὐ κατὰ τὸν τῆς κρατούσης παρ' ἡμῖν συνηθείας νόμον, οὕτω καὶ γεννήσει τὸ ἐξ αὐτῆς ξένως ἢ καθ' ἡμῶν.

Ἐπιδείγματα μερικῶς σημαίνοντα τὸ, πως ἀμερίστως ἐκ Πατρὸς προήλθεν ὁ Υἱός

C

Ὁ λόγος οὗτος ὁ προφορικὸς ἢ κεχρήμεθα, εἰς νοῦν καὶ ἐκ νοῦ γεννάται, καὶ δοκεῖ μὲν ἕτερος εἶναι παρὰ τὸν ἐν καρδίᾳ στρεφόμενον, καθὼς ἐξω στόματος γίνεταί πεμπόμενος ὡς περὶ ἐκ βάρους εἰς φῶς. Ἔστι δὲ πάλιν ἐν αὐτῷ, καὶ ὁμοῖος αὐτῷ κατὰ πάντα. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν ἐν αὐτῷ λόγῳ τὸν ἐν καρδίᾳ κληθέντα λογισμὸν, καὶ πάλιν ἐν τῷ νῷ τὸν λόγον εἶναι σωπώμενον. Οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀμερίστως ἐκ Πατρὸς προελθὼν, χαρακτὴρ ἐστὶ καὶ ὁμοίωμα τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ, Ἄδῳς ὢν ἐνυπόστατος καὶ ζῶν ἐκ ζῶντος Πατρὸς.

ΑΛΛΟ.

Οὕτως ἐγέννησεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ ἀμερίστως, ὡς ἂν εἰ σοφὸς ἀποτέκοι νόημα σοφόν, μηχανικὴν τυχόν, ἢ γεωμετρίαν, ἢ ἕτερόν τι τῶν τοιούτων. Δοκεῖ μὲν γὰρ πως σοφίας εἶναι καρπὸς τὰ τοιαῦτα, καὶ οὕτως ἔχει τὴν φύσιν· ἀλλ' οὐ μεμερίσται τῆς σοφίας ἢ ἐξ αὐτῆς ἐπινοηθεῖσα τέχνη· ἀλλ' ἐστὶν ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ τὴν τεκοῦσαν ἐξικονίζουσα, καὶ ἀμερίστως ἕτερόν τι παρ' αὐτὴν εἶναι δοκοῦσα. Οὕτως ἡ Υἱοῦ γέννησις, ἀμερίστως οὕσα ἐκ Πατρὸς, ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει σώζεται, τὴν τοῦ παραδείγματος ὑπεραίρουσα δύναμιν.

ΑΛΛΟ.

Οἱ τῶν ἐν τοῖς θεοῖς δόγμασι ζητοῦντες ἀκρίβειαν, οὐ ταῖς ἀνθρωπίναις ἐνατενίζουσιν ἀκολουθίας. Οὐδὲ ἐπειδὴ γεγέννηκε τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἡλατῶσθαι

φῆσουσιν αὐτὸν, ὡς εἰς **δ**υάδα μεμερισμένον (οὗτος γὰρ τοῖς χριστομάχοις ὁ λόγος), οὔτε μὴν ἀπόβροιάν τινα γίνεσθαι περὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἰομοῦσι. Ταῦτα γὰρ ἐπ' ἡμῶν μὲν ἀκόλουθον ἐννοεῖν· ἐπὶ δὲ Θεοῦ λίαν ἀσεβές. Φευκτέον τοιγαροῦν τὴν ἐν τούτοις ἀτοπίαν, καὶ νοητέον οὕτω γεγενῆσθαι τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς σφίαν ἐκ νοῦ, ἢ καὶ τοῦ γεννήσαντος ἕξω πως γενέσθαι δοκούσα κατὰ τὴν ἔκφρασιν αὐτῆς, πάλιν ἔστιν ἐν αὐτῷ, οὐ μεμερισμένως προελθούσα. Οὔτε μὴν ἀπόβροιάν τινα γενέσθαι παρασκευάσασα περὶ τὸν νοῦν τὸν ἀπογεννήσαντα αὐτήν, ἀλλ' ἐν ὁλοκλήρῳ καταστάσει τηρήσασα, καὶ ἄλλο ἐν αὐτῇ ζωγραφούσα, καὶ ὁρωμένη πάλιν ἐν αὐτῷ.

ΑΛΛΟ.

Τοιοῦτον ἔσται τὸ γεννητικὸν τοῦ Θεοῦ, ὅποιον ἂν τις ὑπολάβῃ καὶ τὸ δημιουργικόν. Ὅνπερ γὰρ τρέπον πολλά καὶ διάφορα δημιουργῶν, οὐκ εἰς ἕκαστα τῶν γινομένων μερίζεται κατὰ τὴν οὐσίαν, καίτοι διαφόρως ἐνεργῶν ἐπ' ἐκάστῳ, ἀλλὰ διὰ μίαν καὶ ἀρρήτου δυνάμειν τὰ πάντα δημιουργεῖ, οὕτω καὶ γεννᾷ, οὐ μεριζόμενος, ὡς ἐκεῖνοι φασί. Καὶ πάλιν· Ὅσπερ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ μερισμὸν ὑπομένει περὶ τὴν οὐσίαν, διαφόρως ἐκπέμπον τοὺς ἐν τοῖς χαρίσμασι τρόπους· καὶ πρὸς τὸ ἐκάστου μέτρον τοῖς ἁγίοις χορηγοῦν, ἀλλ' ἔστιν ἐν καὶ τὸ αὐτὸ ποικίλως καὶ ἀπαθῶς ἐν πᾶσι ἐνεργοῦν, οὕτω καὶ τὴν γεννητικὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἂν τις τῶν εὐφρονούντων ἀδικεῖσθαι φῆσειεν ἢ μερισμὸν, ἢ ἀπόβροιάν τινα παθεῖν, ἕνα καὶ μόνον ἕξ αὐτῆς ἐκλάμψασαν Υἱόν.

ΑΛΛΟ.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Ἐνόμιον.

Εἰ γεγέννηκε, φησὶν, ἕξ αὐτοῦ τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ, καὶ ἔστιν ἕτερος παρ' αὐτὸν ἐν ἰδίᾳ τε ὡν ὑποστάσει, καὶ Υἱοῦ Πατρὸς νοούμενος, μεμερισται δηλαδὴ καὶ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐκ ἐν αὐτῷ μέιναντα μόνῳ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν Υἱὸν, διαβεβηκότα φαίνεται. Οὐκοῦν ἢ οὐκέτι τελείαν ἔχει τὴν δόξαν ὁ Πατήρ, μεμερισμένης καὶ αὐτῆς ἐν τῷ Υἱῷ, ἢ εἰ τελείαν ἔχει τὴν δόξαν, ἀποστερεῖ τὸν Υἱὸν, τὸ θεὸν ὡσπερ εἰς αὐτὸν αὐθις ἐπανακλίνων· καὶ ἢ πρότερον ἐν μονάδι θεότης τελείαν ἔχουσα δόξαν, νῦν ἐν **δ**υάδι γενομένη, τὸ τέλειον οὐκ ἔχει. Μόλις δὲ ἕξ αὐτῆς ἐρανίζεται τοῦτο, κυχρῶντος τρέπον τινὰ τοῦ Πατρὸς τῷ Υἱῷ τὴν αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἀντικιχρῶμένου παρ' αὐτοῦ τὴν θεοθεῖσαν αὐτῷ

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Πάλιν τὰ σωμάτων ἴδια τῇ ἀσωμάτῳ φύσει περιτιθέντες οὐκ ἀισχύονται, μερισμὸς καὶ ἀποτομὰς, διαστάσεις τε καὶ χωρισμοὺς ἐπὶ τῆς θείας εἰσφέροντες οὐσίας ἀμαθῶς· οὐκ εἰδότες ὅτι μερίζεσθαι λέγοντες σχήματι σωματικῷ, εἰς τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν δυσσεβοῦσι μεγάλως, ἠλλοιώσθαι καὶ παρατεράφθαι λέγοντες αὐτὸν, καὶ εἰ τελείου καταβεβηκέαι πρὸς τὸ ἀτελές. Οἱ γὰρ ὅπως ἐκβεβηκέναι τοῦ Πατρὸς τὴν οὐσίαν οἰόμενοι τὸν Υἱὸν διαστατῶς τε

A cconsent, perinde ac si in dualitatem divisus esset (ita enim hostes Dei opinantur), nec defuram aliquem in divina essentia imaginantur. Hæc enim sicut de nobis vere dici possunt, ita de Deo impie cogitantur. Detestanda igitur est hæc absurditas, et statuendum nobis est ita ex Patre genitum esse Filium, ut sapientiam ex mente : quæ et quodammodo extra genitorem esse videtur, ratione expressionis sive representationis, et rursus in ipso est, non separatim progressa. Neque defluxus aliquis aut imminutio menti quæ illam genuit inde accidit, sed integra mentis conservatio retinetur, et sapientia integram illam in se depingit, et in illa vicissim certitur.

ALIUD.

B Talis est generativa facultas Dei, qualem quis etiam creativam esse statuerit. Eodem enim modo atque multa ac diversa creans, non tamen secundum essentiam suam in singula creata dividitur, tametsi diversimode in eis operetur, sed per unam atque ineffabilem potentiam cuncta creat; Ita etiam generat, non divisus, ut illi volunt. Et rursus : Quemadmodum Spiritus sanctus nullam in essentia separationem subit, quamvis diversis modis dona sua emittat, et pro uniuscujusque modulo dignis largiatur, idem tamen est, idemque variis modis citra ullam passionem in **49** omnibus operatur : sic etiam nemo recte sentiens dixerit generativam Dei essentiam damnum ullum accipere, aut separationem ullam vel effluxum pati, cum unus ac solus ex ea effulgeat Filius.

ALIUD.

Objectio ex Eunomio.

Si Pater, inquit, genuit Filium ex seipso, et est alius ab ipso in propria existens hypostasi, et Filii Pater intellectus, divisa certe erunt omnia quæ Patris sunt, nec in ipso solo manentia, sed in Filium quoque transmissa videbuntur. Quocirca aut non jam amplius perfectam gloriam habet Pater, cum eam cum Filio partitus sit; aut si perfectam habet gloriam, privabit Filium, nimirum id quod ei dederat ad se recipiens; et deitas quæ prius in unitate perfectam habebat gloriam, nunc in dualitate constituta, perfectionem non habebit. Ægre autem ex seipsa eam acquirit, cum quodammodo Pater suam Filio commodato det; ipseque rursus illam ab eo commodato accipiat, quam ei dederat.

Solutio objectionis.

Rursus impudenter ea quæ corporibus propria sunt, incorporeæ naturæ ascribunt, partitionibus et dissectionibus, intervallis et separationibus divinam essentiam imperite onerantes; nescientes quod, dum corporea figura separari dicunt, vehementer in Patris essentiam blasphemii sunt, alteratum mutatumque esse dicentes, et a perfecto ad imperfectum redactum. Qui enim in universum egressum esse Filium essentiam Patris existimant seorsim ac se-

paratim, atque ideo divisa esse omnia quæ ejus sunt contendunt, et ad dimidium gloriæ redactum esse dicunt quod altera medietas in Filium translata sit, non intelligunt in quantam absurditatem prolabantur. Si quidem, ut ipsi volunt, cum prius in unitate constitutus esset, Pater creandi facultatem habens in se ipso produxit Filium, et per ipsum cuncta creat, omnemque creandi potestatem ex essentia sua dimisit, et quod antea non erat, postmodum factus est, expers nimirum creativi virtutis : sed hoc vel cogitare, vel dicere extreme impium est : **50** « Pater enim usquedum operatur, et ego operor, » inquit Christus ⁶⁵. Quemadmodum igitur creativa facultas Patris non est divisa, neque imperfecta est in ejus essentia, habente etiam illam perfecte Filio : ita etiam perfectam habet gloriam, cum perfectus etiam in gloria sit Filius. Cum enim similis per omnia sit Genitori suo, ideo perfectam etiam habet gloriam, siquidem ex Patre perfectam gloriam habente genitus est.

ASSERTIO VII.

Adversus eos qui obijciunt : Utrum Pater fortuito genuit Filium, an voluntate sua præcedente ?

Interrogatio hæreticorum.

Fortuito, inquit, et inconsiderate genuit aut fecit Filium Pater, aut voluntate sua intercedente? Atqui si fortuito genuit, passus est aliquid præter voluntatem; si autem volens, et necesse sit considerationem de aliqua re priorem esse quam ipsa fiat, prior itaque fuit Pater Filio, cum voluntas generationem præcesserit.

Refutatio.

Unde, obsecro, hunc loquendi morem accepistis dementes, quod aut ex sua voluntate aut citra suam voluntatem genuerit Filium; aut ex quo Scripturæ loco hujuscemodi quæstiones proferre didicistis? Quis vero sanctorum dixit, aut ex voluntate, aut citra voluntatem, Filium ex Patre processisse? Aut quis hujuscemodi vocabulis est usus? Quod quidem erat et est Dei Verbum, ex sacra Scriptura cognoscimus. Illud vero, citra voluntatem aut contra, ex vobis solis audivimus. Ostendit enim Filium Pater ex cælo dicens : « Hic est Filius meus dilectus ⁶⁶; » et per David : « Eructavit cor meum Verbum bonum ⁶⁷; » et sapientissimus Joannes : « In principio, inquit, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum ⁶⁸. » Et Psalmista rursus ad Patrem dicit : « Quoniam apud te est fons vitæ, et in lamina tuo videbimus lumen ⁶⁹. » Paulus splendorem, et formam, et imaginem **51** invisibilis Dei vocat ⁷⁰. Neminem vero horum repereris qui Filium ex voluntate aut citra voluntatem genitum dicat. Sed cum dixerint, *erat*, et, *est*, nullum principium in tempore tribuerunt ei qui sæcula con-

και κειχωρισμένως, και δια τουτο φάσκοντες μεμερισθαι πάντα τα αύτου, και εις ημισυ δόξης αυτων ελθειν δια το βεθηκέναι το λειπον εις τον Υιον, αγνοουσιν ολω περιπίπτουσιν ατοπήματι. "Αρα γάρ επειδήπερ, ως αυτοί φασιν, εν μονάδι πρότερον ών ο Πατήρ, και την δημιουργικην δύναμιν έχων εν εαυτω, προεβάλετο τον Υιον, και δι' αυτου πάντα δημιουργει, εξω της ούσιας της εαυτου την επι τω δυνασθαι δημιουργειν επεμφε δύναμιν, και ο μη πρότερον ην, τουτο γέγονεν υστερον, ερημός τε νυν εστιν ισχύος δημιουργικης· αλλά τουτο φρονειν η λέγειν αματρον έχει την δυσσέδειαν· « Ο Πατήρ γάρ έως άρτι εργάζεται, και γώ εργάζομαι, » φησιν ο Χριστός. "Ασπερ ουν ου μεμερισται του Πατρος το δημιουργικόν, ουδέ ατελής εστι νυν εν τη ούσιά αυτου, έχοντος τελείως τουτο και του Υιου, ουτω και τελειαν έχει την δόξαν, έχοντος πάλιν του Υιου και εν δόξη το τέλειον. "Ομοιος γάρ ών κατά πάντα τω γεννήσαντι, δια τουτο τελειαν έχει την δόξαν, επειδήπερ εκ τελειαν έχοντος δόξαν εγεννήθη Πατρός.

ΛΟΓΟΣ Ζ.

Πρός τους προειρριοντας το 'Αβουλήτως η κατά βούλησιν εγέννησε τον Υιον ο Πατήρ;

Ερώτησις ως εκ των αίρετικων.

'Αβουλήτως άρα, φασί, και άσκέπτως εγέννησεν ητοι πεποίηκε τον Υιον ο Πατήρ, η κατά βούλησιν οικειαν; Ει μὲν ουν άβουλήτως εγέννησεν αυτον, πέπονθέ τι των παρά γνώμη· ει δε κατά βούλησιν, προϋπάρχειν δε των γινομένων ανάγκη την περι αυτων σκέψιν, προην άρα του Υιου ο Πατήρ, μεσολαβούσης την γέννησιν της περι αυτου βουλήσεως.

'Απολογία προς τουτο.

Πόθεν ύμεις, ω ούτοι, κατά βούλησιν η άβουλήτως γεγενήσθαι λέγειν τον Υιον, η και άλλως τοιαύτας τοις έντυγχάνουσι τάς πύσεις προσάγειν, από ποίας τουτο μεμαθήκατε Γραφής; Τίς δε των άγιων η κατά βούλησιν η άβουλήτως αυτον εφησεν εκ του Πατρος προελθειν; Παρά τίνι δε ώνόμασται τα τοιαυτα ρήματα; "Οτι μὲν γάρ ην και εστιν ο του Θεου Λόγος, εγνωμεν από της θείας Γραφής. Το δε, άβουλήτως η μη, παρά μόνων ύμων ηκούσαμεν. 'Αποκαλύπτει μὲν γάρ τον Υιον ο Πατήρ εξ ουρανου, και φησιν· « Ουτός εστιν ο Υιός μου ο αγαπητός· » και δια του Δαβιδ λέγει· « Εξηρεύεσθε η καρδια μου Λόγον αγαθόν· » και ο σοφώτατος 'Ιωάννης· « Εν αρχή ην, φησιν, ο Λόγος, και ο Λόγος ην προς τον Θεόν, και Θεός ην ο Λόγος· » ο Ψαλμωδός ως προς τον Πατέρα πάλιν φησί· « Παρά σοι πηγή ζωής, και εν τω φωτί σου εβόμηθα φώς. » 'Ο Παύλος άπαύγασμα, και μορφήν, και εικόνα του Θεου άοράτου καλεί. Και τούτων ουδεις εύρίσκειται λέγων άβουλήτως η κατά βούλησιν γεγενήσθαι τον Υιον. 'Αλλά το, ην, είπόντες, και το, εστιν, ουδεμίαν άρχην την εν χρόνω δεδώκασι τω των χρόνων ποιητή. Πόθεν ουν ύμεις τα

⁶⁵ Joan. v, 17. ⁶⁶ Matth. iii, 17. ⁶⁷ Psal. xlii, 2. ⁶⁸ Joan. i, 1. ⁶⁹ Psal. xxxv, 10. ⁷⁰ Philipp. ii, 6; Hebr. i, 2; Coloss. i, 15.

τοιαῦτά φατε ; Ἐκ καρδίας τῆς ἑαυτῶν λαλοῦντες, A didit. Unde igitur vos hæc depromitis? Ex corde
καθὰ φησιν ὁ προφήτης, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυ- vestro loquentes, ut. inquit propheta, et non ex
ρίου. ore Domini 71.

ΑΛΛΟ.

Εἰ βουλῆσαι γεγενῆσθαι φατε τὸν Υἱὸν, καὶ βιά-
ζεσθε τὴν περὶ αὐτοῦ θέλησιν προϋπάρχειν τῆς γεν-
νήσεως αὐτοῦ, τί μὴ ταῦτά φησιν ἡ Γραφή περὶ αὐ-
τοῦ, ἃ δὴ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ποιημάτων λέγουσα
φαίνεται; Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν γεγονότων παρὰ Θεοῦ,
προηγείται θέλησις, ὡς ἐν τῷ, « Ποιήσωμεν ἄνθρω-
πον, » Καὶ ἐν τῷ, « Πάντα ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν. »
Ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου οὐδαμῶς θέλησις ἦτοι βού-
λησις προηγησάμενη φαίνεται. Ἄλλ' ὅτι μόνον ἦν
καὶ ἔστιν ἀκούομεν. Καὶ, ἴν' οὕτως εἶπω, τόπος
αὐτῷ φυσικὸς ὁ Πατήρ. Εἰ τοίνυν ἐπὶ μὲν τῶν κτι-
σμάτων ἀπάντων ἐφησεν ἠγισθαι θέλησιν ἡ Γραφή,
ἐπὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ οὐδὲν τοιοῦτον εὐρήσομεν παρ' αὐ-
τῆς, οὐκ ἄρα εἰς ἐστὶ τῶν πάντων, οὐδὲ θελήσει γέ-
γονε, καθάπερ τὰ πάντα, ἐκ Πατρὸς προελθὼν καὶ
τῆς τοῦ γεννήσαντος οὐσίας, ὑπάρχων τε ἀίδιος.

ΑΛΛΟ.

Λέγει πού Παῦλος περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χρι-
στοῦ, ὅτι τε Θεοῦ δύναμις εἶη καὶ Θεοῦ σοφία. Εἰ
τοίνυν σοφία καὶ δύναμις ἐστὶ τοῦ Πατρὸς ὁ ἐξ αὐ-
τοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ὑπάρχων Λόγος, αὐτὸς ἐστὶν ἐν ᾧ
βουλεύεται, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα ἐργάζεται. Πῶς οὖν
βουλῆσαι γέγονεν ὁ ἐν ᾧ περὶ ἡ βούλησις ἐστὶ τοῦ Πα-
τρὸς; Ἡ γὰρ ἐτέραν ἡμᾶς σοφίαν ἀναπλάττειν
ἀνάγκη, ἐν ᾗ βουλευσάμενος πεποίηκε τὸν Υἱὸν, καθ-
ὼς ὑμεῖς φατε, ἢ εἰ ἐτέρα οὐκ ἐστὶν, ἀλλ' ἐστὶ μόνος
αὐτὸς ἡ σοφία τοῦ Πατρὸς, αὐτὸς ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ βού-
λησις. Ἐν γὰρ σοφίᾳ πάντως τὸ βούλεσθαι τοῦ
Θεοῦ. Καὶ μάταιος ὁμῖν ὁ λόγος, καὶ κενὸν ἐδειχθῆ
τὸ ἐπιχείρημα.

ΑΛΛΟ, εἰς τὸ αὐτό.

Οὐκ ἐν τοῖς γενομένοις ἡ τοῦ Θεοῦ βούλησις οὐσιω-
μένη φαίνεται, ἀλλ' ἑτερόν τί ἐστὶ παρὰ τὰ δι' αὐ-
τῆς ποιούμενα. Οἶον, θελήσει φαρμὴ γενέσθαι τὸν
οὐρανὸν, οὐκ αὐτὸν εἶναι τὴν θέλησιν. Εἰ τοίνυν βου-
λεύεται μὲν ἐν σοφίᾳ Θεός, καὶ ὅτε τὸν Υἱὸν, ὡς
ὑμεῖς φατε, ἀπογενῆν ἠθέλεν, ἐστὶ δὲ ἡ σοφία τοῦ
Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ἐτέραν τῷ Πατρὶ προσεῖναι σοφίαν
ἀνάγκη, ἐν ᾗ βουλευσάμενος ἀπέτεκε τὸν Υἱόν. Εἰ δὲ
τοῦτο λέγειν ἀσεβὲς (εἶς γὰρ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ
δύο, σοφία τοῦ Πατρὸς ὑπάρχων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος),
αὐτὸς ἐστὶν ὁ δι' οὗ πάντων ἡ βούλησις γίνεται.

ΑΛΛΟ.

Τῶν ἐν χρόνῳ γεγονότων, προηγείται πάντως τὸ
βουλεύεσθαι τι περὶ αὐτῶν. Εἰ τοίνυν βουλῆσαι γε-
γένηται, καθ' ὑμᾶς, ὁ Υἱὸς, προηγουμένην ἔχει καὶ
αὐτὸς τὴν περὶ αὐτοῦ βούλησιν, ὥσπερ καὶ τὰ
ποιήματα. Καὶ οὐκ ἦν ποτε. Καὶ ψευδεται λέγων
Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. » Εἰ
γὰρ οὐκ ἦν, καθ' ὑμᾶς, πῶς ὁ εὐαγγελιστὴς ἀληθεύ-
σει τὸ, Ἦν, αὐτῷ περιτιθεῖς; Ἄλλ' οὐχ ὑμῖν, ἐκεῖνον

ALIUD.

Si ex voluntate Filium genitum dicitis, et conten-
ditis voluntatem generandi ipsius generationem præ-
cessisse, cur non hæc de eo dicit Scriptura, sicut de
aliis creaturis. Nam in iis quæ Deus creavit, præ-
cessit voluntas, ut in illo : « Faciamus hominem 72. »
Et in hoc : « Omnia quæ voluit, fecit 73. » At in
Verbo Dei nulla voluntas aut consilium præcessisse
legitur. Sed tantum, quod erat, et est audimus. Atque,
ut ita dicam, naturalis ejus locus erat Pater. Quare
si in omnibus creaturis voluntatem præcessisse
Scriptura testatur, de Filio autem nihil ejusmodi in
B sacris Litteris invenitur : non est ergo unus ex
creatis, neque ex voluntate factus est, ut omnes
creaturæ, ex Patre procedens atque ex Genitoris
essentia, ab æterno existens.

ALIUD.

Paulus alicubi de Servatore nostro. Christo ait
quod sit virtus et sapientia Dei. Si ergo est sapientia
et potentia Patris Verbum ex ipso et in ipso exi-
stens, ipsum etiam est in quo deliberat, et per quod
omnia operatur. Quomodo igitur voluntate vel deli-
beratione factus est is in quo est deliberatio Patris?
Aut enim aliam sapientiam effingere necesse est, in
qua deliberans fecit Filium, ut vos dicitis : aut si
C alia nulla est, sed ipse est solus sapientia Patris, ipse
quoque voluntas ejus est. Nam in sapientia omnino
voluntas Dei consistit. Atque ita inanis ac vana esse
vestra ratio frivolumque argumentum ostenditur.

ALIUD, de eodem.

Voluntas Dei non est in creatis concreta, sed alia
est ab iis quæ per eam facta sunt. Exempli gratia,
cælum voluntate factum esse dicimus, non ipsum
esse voluntatem. Si ergo in sapientia deliberat Deus,
etiam quando Filium, ut vos dicitis, generare voluit,
52 Filius vero est sapientia Patris 74 : necessarium
plane est alteram inesse Patri sapientiam, in qua
deliberans genuit Filium. At cum id impium dictu
sit (unus enim est Filius Dei, non duo, cum sit
sapientia Patris Dei Verbum), ipse est per quem
omnium deliberatio fit.

ALIUD.

Quæ in tempore facta sunt, deliberatio de iis
faciendis omnino præcessit. Si ergo voluntate factus
est, ut vos statuitis, Filius, certe etiam de eo, ut de
creaturis, deliberatio præcesserit. Atque ita ali-
quando non erat. Et mentitur Joannes dicens de
eo : « In principio erat Verbum 75. » Si enim, juxta
vestram opinionem, non erat, quo pacto evangelista
vere dicet, cum hoc, erat, ei tribuat? At non vobis,

71 Jerem. xxiii, 16. 72 Gen. 1, 26. 73 Psal. cxxxiv, 6. 74 I Cor. 1, 24. 75 Joan. 1, 1.

sed illi, opinor, credere necesse est. Erat igitur, ut ille dicit, Filius, et illud, non erat, perperam de eo dicitur

ALIUD.

Si ea quæ ex voluntate facta sunt, tempus præcessit, in quo de ipsis deliberatum est, si exiguum aliquod brevissimumque tempus demus, quo pacto erit temporum conditor Filius, si deliberatio ejus generationem præcessit? Atqui est omnino conditor temporum. Erat itaque, et nihil ejus generationem præcessit.

ALIUD.

Si Filius est sapientia Patris, ut revera est, quoniam tempus statuatur quo non erat in eo sapientia? Si autem est æternus in Patre (semper enim est sapiens Pater), quo pacto præcedet aliquid id quod semper existit? Quo pacto inter ea deliberatio procedet, Filium aliquando non existentem inducens, eum sit Genitori cœternus, nimirum sapientia ejus?

ALIUD.

Si præcedit deliberatio Filium, et necesse omnino sit eam in tempore factam fuisse: si quantumvis exiguum ac breve tempus detur, quo pacto erit omnium creator? Aut quo pacto credimus Scripturæ dicenti omnia per eum facta esse? Aut ubi ipsum præcesserit tempus, in quo de eo deliberatum fuit, eum nullam tempus ante ipsum exstiterit?

ALIUD.

Ex objectione hæreticorum.

Si, inquit, Filius Dei voluntate factus non est, necessario igitur Pater non volens Filium habuit. Quis autem est major Patre, ut illi necessitatem imponat? Quæ enim præter voluntatem accidunt, ex necessitate fiunt.

53 *Solutio objectionis.*

Interrogandi sunt vicissim Christi hostes, et per ea ipsa quæ imperite nobis obijciunt, illis occurrendum est, similisque opponenda propositio. Dicite itaque nobis: Deus estne bonus, misericors et sanctus ex voluntate, an præter voluntatem? Si enim ex voluntate, voluntas autem semper præcedit ea de quibus fit, erat itaque tempus quando Deus hæc non erat, cum nimirum adhuc de iis deliberabat. Si vero præter voluntatem suam bonus est et misericors, ergo necessitate quadam id est. Quis vero est qui ei necessitatem aut vim inferat, ut vos ipsi loquimini? Constat igitur propositionem vestram dementiae plenam esse, nihilque boni inferre.

ALIUD, *ad rei explicationem.*

In rebus naturalibus non præcedit deliberatio: versatur enim tantum circa ea quæ sunt extra deliberantis essentiam. Exempli gratia: Plantat aliquis vitem, aut navim ædificat, prius de iis deliberans: gignitur autem naturaliter ex homine proles, nulla præcedente deliberatione. Si quis igitur for-

δὲ, οἶμαι, πιστεύειν ἀναγκαῖον. Ἦν ἄρα, κατὰ τὸ ἐκείνου λόγον, ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ, οὐκ ἦν, ἐπ' αὐτῷ μάταιόν τε καὶ διεψευσμένον.

ΑΛΛΟ.

Εἰ τῶν ἐν βουλήσει γενομένων προηγείται χρόνος, καθ' ὃν ἡ περὶ αὐτῶν σκέψις ἐγένετο, καὶ εἰ μικρόν τινα καὶ ἀκαριαῖον δόλημεν αὐτὸν, πῶς ἔσται χρόνος ποιητῆς ὁ Υἱὸς, εἰ βούλησις προηγείται τῆς γενήσεως αὐτοῦ; Ἄλλ' ἔστι χρόνων ποιητῆς. Ἦν ἄρα, καὶ οὐδὲν ἔστι πρὸ τῆς γενήσεως αὐτοῦ

ΑΛΛΟ.

Εἰ σοφία τοῦ Πατρὸς ἔστιν ὁ Υἱὸς, ὡσπερ οὖν καὶ ἔστι, τοῦδ' ἔστι χρόνος ὅτε οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ σοφία; Ἐἰ δὲ ἔστιν ἀίδιος ἐν Πατρὶ (ἀλλ' γὰρ σοφὸς ὁ Πατήρ), πῶς ἠγήσεται τι τοῦ ἀεὶ ὄντος; Πῶς δὲ ἡ βούλησις χωρήσει μεταξύ, μὴ ὄντα πρὸ τῶν Υἱὸν εἰσφέρουσα, τὸν τῷ γενήσαντι συναΐδιον ὡς σοφίαν αὐτοῦ;

ΑΛΛΟ.

Εἰ προηγείται βούλησις τοῦ Υἱοῦ, ἐν χρόνῳ δὲ ἀνάγκη τὴν περὶ αὐτοῦ γενέσθαι σκέψιν, καὶ εἰ μικρὸς τις εἴη καὶ λίαν βραχύς, πῶς ἔσται πάντως ποιητῆς; Ἢ πῶς πιστεύομεν τῇ Γραφῇ, πάντα δε' αὐτοῦ γενέσθαι λεγούσῃ; Ὅπου πρὸ αὐτοῦ φαίνεται χρόνος, καθ' ὃν ἡ περὶ αὐτοῦ γέγονε βούλησις, χρόνων οὐκ ὄντων πρὸ αὐτοῦ;

ΑΛΛΟ

Ὅτι ἐξ ἀντιθέσεως τῶν αἰρετικῶν.
Εἰ μὴ βουλῆσει, φησὶ, γέγονεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐξ ἀνάγκης ἄρα καὶ μὴ θέλων ἔσχεν Υἱὸν ὁ Πατήρ. Καὶ τίς ὁ μείζων αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάγκην ἐπιθείς αὐτῷ; Τὰ γὰρ παρὰ γνώμην ἐπισυμβαίνοντα, ἐξ ἀνάγκης γίνονται.

Πρὸς ταῦτα λύσις.

Ἀντερωτητέον τοὺς χριστημάχους, καὶ δι' ὧν ἡμεῖς προτείνουσιν ἀμαθῶς, διὰ τούτων αὐτοῖς ὑπαντήσωμεν, τὴν Ἰσὴν ἀντεπάγοντες πρότασιν. Εἴπατε ἡμῖν· Ἄγαθός καὶ οἰκτιρῶν, ἐλεῆμων τε καὶ ἅγιος ἐκ βουλήσεώς ἐστιν ὁ Θεός, ἡ παρὰ βούλησιν; Εἰ μὲν οὖν ἐκ βουλήσεως, ἡ δὲ βούλησις προτρέχει πάντως ἐκείνων περὶ ὧν καὶ γίνεται, ἦν ἄρα χρόνος ὅτε οὐκ ἦν ταῦτα Θεός, ἔτι τὴν περὶ αὐτῶν σκέψιν ποιούμενος. Εἰ δὲ ἀβουλήτω; ἀγαθός ἐστι καὶ ἐλεῆμων παρὰ γνώμην, ἄρα τοῦτό ἐστι καὶ ἐξ ἀνάγκης. Καὶ τίς ἐστιν ὁ τὴν ἀνάγκην ἐπιθείς αὐτῷ, καθ' ὁμῶν; Δέδεικται τοίνυν μωρίας ἀνάμεστος ἡ παρ' ἡμᾶς πρότασις, καὶ ἀγαθὸν οὐδὲν εἰσφέρουσα νόημα.

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς.*

Ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν οὐ προηγείται βούλησις, χωρεῖ δὲ μόνον ἐπὶ τῶν ἐξωθεν τῆς οὐσίας ὄντων τοῦ βουλευομένου. Οἶον φέρε εἰπεῖν· Ἀμπελώνά τις φυτεύει, ἡ ναυπηγεῖται σκάφος, βουλευσάμενος πρότερον περὶ αὐτῶν· τίκεται δὲ κατὰ φύσιν τὸ ἐξ ἀνθρώπου παιδίον, οὐδεμιᾶς ἡγήσαμένης βουλήσεως.

Εἰ τις οὖν λέγοι τυχόν ἐπὶ τινος τῶν ἀνθρώπων ὅτι ἄτασσε διὰ βούλησιν ἔσχεν υἱόν, μὴ εὐθὺς ἐπὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης τρεχέτω· οὐ γὰρ ἐκ τινος ἀνάγκης ἔσχεν· ἀλλ' ὁράτω μᾶλλον ὅτι τῶν ἐκ φύσεως οὐ προηγείται βούλησις. Ἐκὼν γὰρ τις γεννᾷ, οὐδεμιᾶς περὶ τοῦτου προηγουμένης βουλήσεως. Θελητῶς οὖν ἄρα καὶ ἀβουλήτως ὑπάρχει καὶ ὁ Λόγος ἐν τῷ Πατρὶ, ὡς περ ἔστιν ἐν ἀνθρώπῳ τὸ ἐξ αὐτοῦ παιδίον.

ΑΛΛΟ.

Εἰ κατὰ φύσιν ἀγαθός· ἔστιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, οὐκ ἐκ βουλήσεως, ἵνα μὴ φαίνεται χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν τοῦτο, καθ' ὃν ἦν βούλησις, οὐ βούλησει γεννᾷ τὸν Υἱόν, ἀλλὰ φύσει. Πρέπει γὰρ μᾶλλον τοῦτο αὐτῷ.

ΑΛΛΟ.

Ἐρωτητίον τοὺς χριστομάχους, εἰ αὐτὸς ὁ τοῦ Λόγου Πατὴρ ἐκ βουλήσεως ὑπάρχει, ἢ παρὰ βούλησιν αὐτοῦ. Εἰ μὲν οὖν ἐκ βουλήσεως, προηγέσθαι δὲ ἀνάγκη τῆς ὑπάρξεως· τὴν βούλησιν, σιωπῶ τὸ δύσφημον· εἰ δὲ παρὰ βούλησιν, ἐξ ἀνάγκης ἄρα τοῦτο ἔστιν, ὅπερ ὑπάρχει. Καὶ τίς ὁ τὴν ἀνάγκην ἐπιθεὶς αὐτῷ; Εἰ δὲ ὑπάρχει μὲν ὁ Πατὴρ, οὐκ ἐκ βουλήσεως δὲ, οὔτε μὴν παρὰ βούλησιν, ὁ αὐτὸς κρατεῖται λόγος ἀπεριεργάστως καὶ ἐφ' Υἱοῦ. Ἐξετάζειν γὰρ τὰ τοιαῦτα ριψοκινδύνως οὐκ ἀκόλουθον. Χρὴ δὲ μᾶλλον ἀκούοντας περὶ Θεοῦ εἰδέναι, ὅτι αὐτὸς ἔστιν ὁ ὢν, οὐκ ἀρχὴν τινα τοῦ εἶναι λαβών, ἀλλ' αὐτὸς τοῖς ἄλλοις ἀρχὴ τοῦ εἶναι γενόμενος.

ΑΛΛΟ, διηγηματικῶς.

Ἄτοπον σφόδρα καὶ ἐπικίνδυνον ἐφ' Υἱοῦ λέγειν τὸ, βούλησει ἄρα ἢ παρὰ βούλησιν ἐγενήθη. Ὁ γὰρ οὐκ ἐκ βουλήσεως ὑπάρχων Θεός, οὐκ ἐκ βουλήσεως ἔχει τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθόντα Λόγον, ἀλλὰ φυσικῶς. Εἴη γὰρ καὶ οὕτως εἰκὼν αὐτοῦ καὶ χαρακτήρ οὐ διεψευσμένος.

ΑΛΛΟ.

Εἰ βούλησις καὶ σκέψις προηγείται τῆς ὑπάρξεως τοῦ Υἱοῦ, ὁ δὲ Υἱὸς σοφία καὶ Λόγος ἔστι τοῦ Πατρὸς, πῶς ἐβούλετο ὁ Θεὸς ἀλογός τε καὶ ἄσοφος ὢν, καθ' ὁμάς; Οὐπω γὰρ ἦν ὁ Υἱός, ἔτι τῆς περὶ αὐτοῦ γινομένης σκέψεως. Πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον εἰσφέρειν περὶ αὐτοῦ βουλευόμενον τὸν Πατέρα, πότερόν ποτε χρὴ σοφίαν ἔχειν καὶ Λόγον, ἢ μὴ; Παιρατεῖσθαι τοιγαροῦν ἀναγκαῖον τὰς ἀπαιδέυτους τῶν χριστομάχων προτάσεις, οὐ σφόδρα διατείνεσθαι πρὸς τὸ ἀντιλέγειν αὐταῖς.

ΑΛΛΟ, διηγηματικῶς.

Διὰ πολλῶν ἤδη δέδεικται λόγων ὅτι τῶν ποιημάτων ἠγώριστο βούλησις. Ἐξ ἐνδὸς δὲ τὸ πᾶν γνωρισθήσεται. Ἐπὶ γὰρ τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ, τὸ, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, » καὶ τὸ, « Γενηθήτω στερῶμα, » καὶ τὸ, Γενηθήτω τῶδε καὶ τῶδε, βουλῆς

tasse dicat de aliquo hominum quod præter voluntatem filium habuit, ne statim ad necessitatem confugiat : neque enim necessario habuit, sed potius intelligat, in naturalibus non præcedere deliberationem. Sponte enim quispiam generat, nulla deliberatione præcedente. Sponte igitur et citra deliberationem est Verbum in Patre, quemadmodum est in homine ejus proles.

ALIUD.

Si naturaliter bonus est Deus ac Pater, non ex voluntate, ne videatur aliquod tempus fuisse quando hoc ipsum non erat, in quo fiebat deliberatio, non voluntate generat Filium, sed natura. Hoc enim ei convenientius est.

ALIUD.

Interrogandi sunt hostes Christi, num ipse Verbi Pater voluntate existat, an præter suam voluntatem? Nam si ex voluntate, et necesse est voluntatem priorem fuisse existentiam, taceo blasphemiam quæ inde sequetur; si præter voluntatem, ex necessitate igitur est id quod est. At quis ei necessitatem imposuit? **54** Si vero existit quidem Pater, neque ex voluntate, neque præter voluntatem, eadem sane ratio oblineat etiam in Filio. Neque enim hæc nimis audacter et temerarie inquirenda sunt. Hoc vero potius, cum de Deo agitur, tenendum est, ipsum esse qui est, quique nullum habet existendi principium, sed reliquis omnibus essendi initium **C** dedit.

ALIUD, ad rei explicationem.

Absurdum et periculosum est de Filio dicere : Ex voluntate aut præter voluntatem factus est. Qui enim non ex voluntate existit Deus, non ex voluntate habet Verbum quod ex ejus essentia processit, sed naturaliter. Ita enim imago ejus et character vere fuerit ⁷⁶.

ALIUD.

Si voluntas et deliberatio Filii existentiam præcedit, Filius autem est sapientia et Verbum Patris, quo pacto deliberavit Pater, Verbo et sapientia, juxta vestram sententiam, carens? Neque enim adhuc erat Filius, cum adhuc de eo deliberaretur. Quo pacto vero non absurdum fuerit inducere Patrem secum deliberantem, an oporteret aliquando sapientiam et Verbum habere, an non? Rejicienda igitur prorsus sunt indocta hostium Christi argumenta, non autem anxie laborioseque iis contradicendum.

ALIUD, explicatius.

Multis jam verbis ostensum est voluntatem sive deliberationem creaturarum creationem præcedere. Ex uno autem totum intelligitur. Nam in creatione hominis : « Faciamus, inquit, hominem, » et, « Fiat firmamentum ⁷⁷, » atque hoc, Fiat hoc et illud, vo-

⁷⁶ Hebr. 1, 3 ⁷⁷ Gen. 1, 6, 26.

Innatis significativum est, quæ ad singulas creaturas faciendas a Deo adhibita est, tametsi statim opus subsecutum appareat. Si ergo creaturas præcedit voluntas, omnia vero facta sunt per Filium, certe omnium numero non comprehenditur is per quem omnia facta sunt. Et si alius est ab iis quæ præcessit voluntas, non est factus ex voluntate sicut illa. Ipse enim est viva voluntas Patris, in qua omnia operatur. Vocat autem etiam ipsum Psalmista voluntatem Patris, dicens: « In voluntate tua deduxisti me ¹⁸. »

ALIUD.

Si consilium et voluntas Patris est Filius, ut vera est, quo pacto præcedit voluntas ejus existentiam? Videbitur enim ipse seipsum fecisse. **55** Et qui nondum factus erat, ut hæretici volunt, de se ipso deliberasse dicitur. At si hoc absurdum dictum est, non ergo voluntate factus est, quemadmodum creaturæ; sed erat ut voluntas Patris in ipso, atque adeo ipsius Genitoris essentiæ proprietatis.

ALIUD.

« Et ecce leprosus adorabat ipsum dicens : Domine, si vis, potes me mundare ; et extendens manum tetigit ipsum, dicens : Volo, mundare. Et statim mundatus fuit⁴⁰. » Cum auctoritate hoc beneficium confert, imperatque ut **305** Dominus. Quomodo igitur Filius inter servos numerabitur ut creatura, qui vel sola voluntate omnia præstare potest, quique divina dignitate, et Patris proprietate etiam hac in parte præditus est? Scriptum enim est de Deo ac Patre : « Omnia quæ voluit fecit⁴¹. » Nam divinam voluntatem effectus immediate sequitur, et nutu solo res ad esse traducuntur. Qui vero Patris sui vim et proprietatem habet, quomodo diversæ sit ab illo naturæ, propterea quod est creatus, cum ea non sit ejus natura? Nam quæ eandem virtutem habent, ejusdem solent esse substantiæ, et diversæ naturæ esse non est probabile. Ergo Filius ejusdem est naturæ cum Patre, et ex increato increatus, quippe qui eandem habet pro-

³⁷ Matth. vi, 14 15. ³⁸ Matth ix, 2. ³⁹ Matth. vii, 18 ⁴⁰ Matth. viii, 2, 5. ⁴¹ Psal. cxiii, 3.

παν την εξουσιαν (ἀξιῶσι γὰρ λαβεῖν, ὡς οὐκ ἔχοντες θηλαθῆ), ποῶν ἔχει λόγον ἑτεροφυῆ καὶ ποιητῶν ὑπολαμβάνειν τὸν ἐκ Θεοῦ πεφυκότα Θεὸν Λόγον, καὶ πάντα ἔχοντα φυσικῶς τὰ τοῦ γεννῆσαντος ἕκτα;

ΑΛΛΟ.

« Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσιαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. » Ὅρα μοι πάλιν ἐνθάδε θετέην τοῦ Υἱοῦ την ἐξουσιαν, καὶ οὐ γεννητῆ πρόπουσαν φύσει. Τὸ μὲν γὰρ δύνασθαι δρᾶν τι τῶν ὅσα δικαίως θαυμάζεται, καὶ τοῖς ἁγίοις προσῆν οὐ φυσικῶς, ἀλλ' ἐκ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ παρὰ Θεοῦ. Τὸ δὲ καὶ ἑτέροις δίδόναι τὴν ἐπὶ τούτοις χάριν, παντελῶς τῆς ἐκείνων δυνάμεώς τε καὶ ἐξουσίας ἁλλότριον. Πῶς γὰρ ἂν δύναιτο γεννητὴ δεσπόζειν φύσις τῶν τοῦ Πνεύματος χαρισμάτων; Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἅτα Θεὸς τε ὑπάρχων φύσει καὶ Υἱὸς, θεραπεύει μὲν ἐξουσιαστικῶς, οὐκ εὐχῆς ἔργον ἐπιδεικνύων, καθάπερ ἐκεῖνοι, ἀλλ' οἰκειας καὶ οὐσιώδους ἐνεργείας ἀποτελέσματα. Χορηγεῖ δὲ ὁμοίως ὡςπερ ἂν βούλοιο τὴν ἐπὶ τούτῳ χάριν, οὐκ ἁλλοτριᾶν ἐπ' αὐτοῖς δυνάμιν καλῶν, ἀλλ' οἰκοθεν ἐντιθείς· ὡςπερ ἂν εἰ καὶ τὸ πῦρ τοῖς αὐτῷ πλησιάζουσιν, ἐμβάλλοι τῆς ἑαυτοῦ φύσεως τὴν ἐνεργείαν. Πῶς οὖν ὁ μετόχους τῆς θείας οὐσίας ἀποτελῶν τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο τῆ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, γεννητὸς τε εἴη καὶ πεποιημένος, καὶ οὐχὶ μᾶλλον φύσις Θεός;

ΑΛΛΟ.

« Πάντα μοι παραδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρὸς μου, καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ τὸν Πατέρα τὴν ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱός. » Οὐ δυναμένης τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας περιδράττεσθαι τρόπον τινὰ τῆς θείας οὐσίας, διὰ τὸ πάντα ὑπερκεῖσθαι νοῦν, καὶ πάσης διανοίας ἐξάλλεσθαι τὸ ὑπερφύεις αὐτῆς καὶ ἀκήρατον κάλλος, ὑπὸ μόνῃς ἑαυτῆς ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν γινώσκειται. Οὐκοῦν ἀφ' ὧν ἐστὶν ὁ Πατὴρ, οἶδε τὸν ἴδιον Υἱὸν, καὶ πάλιν ἀφ' ὧν ἐστὶν ὁ Υἱός, οἶδε τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. Καὶ οὕτω γὰρ καὶ ἂν ἀληθεύοι λέγων· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν μοί· » καὶ, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Οὐδεμιὰς τοιγαροῦν ἐξαλλαγῆς μεταξὺ κειμένης, ὅσον εἰς θεότητα φύσιν, πῶς ἂν εἴη γεννητὸς ὁ Υἱός, οὐκ ὄντος τοῦτο τοῦ Πατρὸς, οὐ καὶ ἐστὶν εἰκὼν καὶ χαρακτὴρ ἀπαράλλακτος;

ΑΛΛΟ.

« Δεῦτε πρὸς με, φησὶ, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, καὶ γὰρ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἄρατε τὸν ζυγὸν μου ἀφ' ὑμᾶς. » Εἰ πᾶσα τῶν γεννητῶν ἡ φύσις ὑπὸ τὸν θεῖον ἐστὶ ζυγόν, καὶ μόνῃ δουλεύει τῷ κτίσαντι, κλίνασα τὸν ἀβύνα, κατὰ τὸν λέγοντα πρὸς Θεὸν, « Ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σου· » ὑπάγει δὲ ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ καὶ ὑποτίθει τῷ οἰκείῳ ζυγῷ· Δεσπότης ἄρα

ut nimirum non habentes), quomodo non sit absurdum Deum Verbum ex Deo genitum diversæ ab ipso naturæ et creatum esse existimare, cum omnia habeat naturaliter quæ Patri propria sunt?

ALIUD.

« Et vocatis, inquit, ad se duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem contra spiritus immundos ut ejiciant ipsos, et curent omnem ægritudinem et languorem⁴⁸. » Vide rursus hac in re divinam Filii potestatem in immundos spiritus, quæ certe creatæ naturæ non convenit. Nam posse aliquid præstare eorum quæ merito admiratione digna sunt, etiam sancti potuerunt, non quidem naturaliter, sed participatione Spiritus sancti et a Deo. Hanc vero ipsam gratiam aliis conferre, id in universum ab eorum potestate alienum est. Quomodo enim possit natura creata dominium ac potestatem in dona Spiritus sancti habere? Dominus autem noster Jesus Christus, utpote Deus natura existens et Filius, ex potestate sanat ægrotos, non per orationem, ut sancti, sed ex propria atque essentiali vi ac facultate id præstans. Tribuit vero quibuscumque illi visum fuerit gratiam, non alienam ad id opem implorans, sed ex seipso immittens; **307** quemadmodum et ignis iis qui propius ad se accedunt, naturæ suæ vim atque efficaciam immittit. Quomodo igitur qui divinæ essentia participes efficit eos in quibus efficacia Spiritus versatur, sit creatus, aut factus, et non potius natura Deus?

ALIUD.

« Omnia, inquit, mihi tradita sunt a Patre meo, et nemo cognoscit Filium, nisi Pater, neque Patrem aliquis cognoscit, nisi Filius⁴⁹. » Intellectus creaturarum divinam essentiam apprehendere nequit; omnem enim mentem atque intellectum immensa illa pulchritudo superat, atque a seipsa sola quid naturaliter sit cognoscitur. Pater itaque ex seipso novit Filium, et vicissim Filius ex seipso novit Patrem. Atque ita vere dicit, « Ego in Patre, et Pater in me⁵⁰. » et, « Qui vidit me, vidit et Patrem meum⁵¹. » Cum igitur nulla differentia interposita sit, quantum ad divinitatis naturam attinet, quomodo sit creatus Filius, cum Pater sit increatus, et Filius sit omnimoda imago atque character Patris⁵²?

ALIUD.

« Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos⁵³. » Si universa creaturarum natura divino jugo subest, et soli Creatori servit, inclinans cervicem, juxta Psalmistam dicentem: « Quoniam omnia serviunt tibi⁵⁴; » Salvator vero nos subigit, suoque jugo subjicit: Dominus itaque et

⁴⁸ Matth. x, 1. ⁴⁹ Luc. x, 22. ⁵⁰ Joan. xiv, 11

⁵¹ Psal. cxviii, 91.

⁵² ibid. 9. ⁵³ Hebr. i, 3. ⁵⁴ Matth. x, 28, 29.

creator est, ut Deus. At quomodo, talis cum sit, erit creatura? Aut quomodo sub iugo et servitute erit, qui omnia regit ac gubernat, ut Dominus? Nam si talis non est, videbimur adorare creaturam, et creaturæ potius servire quam Deo. Sed res ita se non habet: verus enim Deus est Filius. Non ergo creatura.

ALIUD.

« An non, inquit, legis in lege, quia diebus Sabbathorum sacerdotes in templo Sabbathum non custodiunt, et tamen sine culpa sunt? Dico autem vobis quia templo major est hic ⁵⁵. » Major est magisque venerandus quam templum constructum e lapidibus Deus qui in ipso habitat, ipsumque sanctificat, et in cuius gloriam templum constructum est. Quomodo ergo majorem habet gloriam Christus, si non est Deus qui in ipso templo adoratur? Est autem major et **308** sanctior. Deus itaque est, ut Filius ex Deo Patre procedens. Quod si ita est, certe neque opus, neque creatura est. Neque enim errabat Israel colens ipsum atque adorans in templo, de quo scribitur: « Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies ⁵⁶. »

ALIUD.

« Aut facite arborem bonam et fructum ejus bonum: aut arborem malam, et fructum ejus malum: ex fructu enim arbor cognoscitur ⁵⁷. » Fructus autem Patris est Filius: erit omnino talis Pater, quale est id quod ex ipso genitum est. Quocirca, si Filius est creatura, erit hoc ipsum et Pater. Si vero increatus est Pater, increatus quoque erit Filius, siquidem ex fructu arbor cognoscitur.

ALIUD.

Tempestate in lacu orta, jactabatur vehementer scapha in qua apostoli navigabant, cum, quarta noctis custodia, tanquam per terram ambulans Salvator a discipulis conspicitur. Qui cum sese spectrum aliquod cernere putarent, præ terrore clamaverunt. Cum vero eos animaret Salvator: « Ego sum, nolite timere, » vixdum timorem abjecerunt, admissaque ipso in scapham, confestim, inquit, subsedit D ventus. Et qui erant in navicula adoraverunt eum dicentes: « Vere Filius Dei es tu ⁵⁸. » Quid igitur dicent veritatis hostes, et sua tantum somnia sequentes, cum videant universum, apostolorum cœtum simul adorare filium ut Deum, et iurejuramento adhibito dicere: « Vere Filius Dei es tu? » Manifestum quod et Deus. Nam si, ut ipsi opinantur, creatura est, quomodo sit vere Filius Dei? Fieri enim non potest ut qui non ex aliquo naturaliter processit, neque ejusdem cum genitore suo substantiæ est, sit vere filius. At vero si erraverunt discipuli cum hoc dicerent, quomodo Salvator tacuit, eorumque erro-

« ἔστι καὶ Κύριος καὶ κτίστης ὡς Θεός. Πῶς ἐν ποιήμασιν ἐ τοιούτους; Πῶς δὲ ὑπὸ ζυγοῦ καὶ δουλείας ὁ πάντα ἡνιοχῶν καὶ διειθύνων ὡς Κύριος; Εἰ γὰρ μὴ τοῦτό ἐστι, προσκυνούντες ἀλωσόμεθα ποίημα, καὶ κτίσματι παρὰ τὸν κτίστην δουλεύοντες. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτω τὰ καθ' ἡμᾶς· ἀληθινὸς γὰρ Θεὸς ὁ Υἱός. Οὐκ ἄρα ἐστὶ κτίσμα ἢ ποίημα.

ΑΛΛΟ.

« Ἡ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι τοῖς Σάββατιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ Σάββατον βεβηλοῦσι καὶ ἀναίτιοι εἰσι; Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶ. » Καὶ πλέον ἔχει τὸ σέβας αὐτὸ ἐκ λίθων διηρησιμένου ναοῦ, Θεὸς ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῷ καὶ ἀγιάζων αὐτὸν, οὗ καὶ εἰς δόξαν ἢ τοῦ ἱεροῦ γέγονε κατασκευὴ. Πλείονα πῶς εὖν τοῦ ἱεροῦ τὴν τιμὴν ἔχει Χριστός, εἴπερ οὐκ ἐστὶ Θεός ὁ ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ προσκυνούμενος; Ἄλλ' ἔχει τὸ πλέον καὶ ἀληθεύει· πῶς γὰρ οὐ; Θεὸς ἄρα ἐστὶν ὡς Υἱός· ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πεφηνώς. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ ποίημα οὐδὲ κτίσμα ἐστὶν. Οὐ γὰρ ἐπλασθη λατρεύων αὐτῷ καὶ προσκυνῶν ὁ Ἰσραὴλ ἐν τῷ ἱερῷ, πρὸς δὲ εἰρηται ποῦ· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. »

ΑΛΛΟ.

« Ἡ ποιήσατε τὸν δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλὸν, ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρὸν· ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκειται. » Καρπὸς δὲ τοῦ Πατρὸς ἐστὶν ὁ Υἱός· τοιοῦτος ἂν εἴη πάντως αὐτός, ὁποῖόνπερ ἂν ὑπάρχοι τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέν. Οὐκοῦν εἰ κτίσμα καὶ ποίημα ἐστὶν ὁ Υἱός, ἔσται τοῦτο καὶ ὁ Πάτερ. Εἰ δὲ ἀγέννητος ὁ Πάτερ, ἀγέννητος ἔσται καὶ ὁ Υἱός, ἐπεὶ κατὰ τὴν πρόπον ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον ἐπιγνωσθήσεται.

ΑΛΛΟ.

Ἐβασανίζετο ποτε τῶν ἀποστόλων ἐπὶ σκάφος, χεϊμῶνος ἔντος κατὰ τὴν λίμνην σφοδροῦ, καὶ πνευμάτων ἀφορητοῦ βίας τῶν ὑδάτων καταβήγγυμένων. Τετάρτη δὲ φυλακῆ, ὡς ἐπὶ ξηρᾶς βαδίζων ἐπὶ τοῦ κύματος ὁ Σωτήρ, κατὰ μέσην τὴν λίμνην τοῖς μαθηταῖς ἐπιφαίνεται. Οἱ δὲ φάντασμα βλέπειν οἰηθέντες, ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἔκραζον. Ὡς δὲ παραθάρσυνεν αὐτούς ὁ Σωτήρ λέγων, « Ἐγὼ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε, » μόγις μὲν τὸν φόβον ἐξέπευσαν, εἰσδέχονται δὲ αὐτὸν εἰς τὸ σκάφος, καὶ παραχρῆμα, φησὶν, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. Οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ προσεκύνησαν αὐτῷ λέγοντες· « Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱός εἰ. » Τί οὖν πάλιν ἐρούσιν οἱ τῆ ἀληθείᾳ μαχόμενοι, καὶ μόνοις τοῖς ἰδίους ἀκολουθοῦντες θελήμασιν, ὅταν ἴδωσιν ἔλον ὁμοῦ τὸν τῶν ἀποστόλων χορὸν ὡς Θεῷ προσκυνούντα τῷ Υἱῷ, καὶ μεθ' ὅρκου λέγοντα, εἴπερ ἀληθῶς Υἱός εἰη Θεοῦ; Ἄηλον δὲ ἐστὶ καὶ Θεός. Εἰ γὰρ ἐν τῶν κτισμάτων ἐστὶ κατὰ τὴν αὐτῶν ἀμαθίαν, πῶς ἀληθῶς Υἱός ἐστὶ τοῦ Θεοῦ; Ἀμήχανον γὰρ τὸν μὴ ἐκ τινος κατὰ φύσιν προεληλυθότα καὶ τὸ ἴδιον τῆς τοῦ

⁵⁵ Matth. xii, 5, 6. ⁵⁶ Deut. vi, 13; Matth. iv, 10. ⁵⁷ Matth. xii, 35. ⁵⁸ Matth. xiv, 22 33.

γεννήσαντες οὐσίας ἐπιγόμενον, ἀληθῶς εἶναι υἱόν. Ἄ A
 πῶς δέ, εἴπαρ ἐσφάλλονται τοῦτο λέγοντες οἱ μαθη-
 ται, σεσιώπηκε ὁ Σωτὴρ, καίτοι σφαλλομένους οὐ
 δυσωπούμενος; Καὶ γοῦν τῷ Πέτρῳ φησὶ οὐκ ὀρθῶς
 ἀποκριναμένῳ· « Ἔπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάν-
 δάλον μοι εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν
 ἀνθρώπων. » Ἐπειδὴ σεσιώπηκε, ἀληθῶς Υἱὸς εἶναι
 Θεοῦ λεγόμενος, δι' ὧν ὡς σφαλέντας οὐκ ἤλεγξεν,
 δηλὸς; ἔστιν ὡς ὀρθῶς λέγοντας ἀποδεχόμενος. Υἱὸν
 οὖν αὐτὸν καὶ ἀληθῶς εἶναι φασκόντων τῶν ἀγίων
 ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου συνεπινεύοντος τοῦ
 Χριστοῦ, τίς τῶν ἕτερα θρυλλούντων ἀνέξεται;

ἌΛΛΟ, ὡς ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Καὶ πῶς οὐ πάσης ἔξω κείσονται φρονεῖς ἀγαθῆς
 οἱ τοιμῶντες ποίημα λέγειν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Εἰ B
 γὰρ ἀληθῶς Υἱὸς ἔστι, πῶς ἂν εἴη γεννητὸς, ὁ ἐκ τῆς
 πατρῆας προελθὼν οὐσίας; Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ
 τῆς υἰότητος ὄνομα, φυσικῶς κατὰ τινος τεταγμένον.
 Ἔτερον δὲ τὸ σχῆμα τῶν κατὰ θέσιν υἱῶν. Ἐπειδὴ
 οὐκ ἐν τούτῳ Χριστὸς, ἀληθῶς ἔρα Υἱὸς ἔστιν, ὡς διὰ
 τοῦτο τοῖς κατὰ θέσιν ἡμῖν ἀντιδιαστέλλεσθαι· οὐκ
 ἂν γὰρ εἴη τὸ κατὰ θέσιν καὶ ὁμοίωσιν, μὴ προ-
 ὑποκειμένου πρότερον τοῦ ἀληθοῦς, πρὸς ὃ καὶ μορ-
 φοῦται τὸ εἰς ὁμοίωσιν αὐτοῦ διὰ τινος τέχνης καὶ
 χάριτος καλούμενον.

ἌΛΛΟ.

« Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς
 Φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγων· Τίνα
 με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώ- C
 που; Οἱ δὲ εἶπον· Οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστῆν,
 ἄλλοι δὲ Ἡλίαν, ἕτεροι δὲ Ἰερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προ-
 φητῶν. Λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶ-
 ναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπε· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς
 ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ·
 Μακάριός εἶ, Σίμων Βᾶρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα
 οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατὴρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐ-
 ρανοῖς. » Ἐκ τῶν προκειμένων ἔξεστιν ὁρᾶν, καὶ
 αὐτῆς δὲ μάλιστα τῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς, ὡς ὁ Πα-
 τὴρ ἀπεκάλυψε τῷ Πέτρῳ, καὶ οὐκ ἀνθρωποδιδάκτος
 ἦν, Υἱὸν ὁμολογῶν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον. Καίτοι μετὰ
 σαρκὸς ὁρῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους συνδιαιτώμενον, καὶ
 τὸ γε παραδοξώτερον, Υἱὸν ὁμολογῶν, οὐκ ἐν τοῖς
 κατὰ χάριν εἰς τοῦτο τεθειμένοις ὀρίζεται. Οὐ γὰρ
 εἶπεν· Εἰς ὑπάρχει τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἕνα καὶ D
 μονοειδῶς, ὡς δὴ καὶ κυρίως κατὰ φύσιν ἔστιν Υἱὸς
 τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἐξαστραφείς, αὐτὸν εἶναι
 φησὶ τὸν Χριστόν. Μακαρίζεται δὲ ὡς ἀληθεύων, καὶ
 τὰ ὑπὲρ ἀνθρώπου διάνοιαν θεόθεν ἐκδιδαγμένος.
 Πῶς οὖν ποίημα ἢ κτίσμα τοιμῶσι λέγειν ὅν οἶδεν
 Υἱὸν ὁ Πατὴρ, καὶ οὕτως αὐτὸν τοῖς ἀξίοις ἀπο-
 καλύπτει;

ἌΛΛΟ.

« Μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν
 τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ,
 καὶ τότε ἀποδώσει ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. »

** Matth. xvi, 23. ** Matth. xvi 13-17. ** *ibid.* 27.

A rem non reprehendit? Atqui Petro non recte re-
 spondenti: « Vade, inquit, post me, Satana, scanda-
 lum mihi es, quia non sapis quæ sunt Dei, sed quæ
 hominum ». » Cum vero tacuerit, dicentibus eis
 ipsam vere Filium Dei esse, eo ipso quod non re-
 prehendit ut errantes, declarat eos recte sensisse.
 Cum itaque sancti apostoli Christum vere Dei Filium
 309 esse profiteantur, et Christus eorum dicto
 consentiat, quisnam hæreticorum Christi divinitati
 reclamantium ferendus est?

ALIUD, in eamdem sententiam.

Omni profecto mente carere censendi sunt, qui
 B Filium Dei creaturam esse dicere non verentur. Nam
 si vere Filius est, quomodo sit creatus, qui ex pa-
 terna essentia procedit? Hoc enim significat nomen
 filii, naturaliter alicui tributum. Alia vero est ratio
 filiorum per adoptionem. Cum autem non sit ado-
 ptivus Christus, vere itaque Filius est, ut per hoc
 nobis adoptivis opponatur: neque enim adoptione et
 similitudine filii essemus, nisi ipso vero Filio præ-
 supposito, ad quem efformamur, qui ad similitu-
 dinem ipsius arte quadam et gratia traducimur.

ALIUD.

« Cum autem venisset Jesus in partes Cæsareæ
 Philippi, interrogabat discipulos suos dicens: Quem
 dicunt homines esse Filium hominis? Illi autem
 dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii Eliam, alii
 Jeremiam, aut unum ex prophetis. Et dixit eis: Vos
 autem quem me dicitis esse? Respondens Petrus
 dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Respondens
 Jesus dixit: Beatus es, Simon Bar Jona, quia caro
 et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui
 est in cœlis ». » Ex his dictis videre est, ac præci-
 pue ex dicto ipsius Domini, Patrem ipsam revelasse
 Petro, non autem ab humana doctrina hausisse hanc
 confessionem, quod Verbum sit Filius Dei. Cumque
 illum carne indutum reliquorum hominum Instar
 in terra versari cerueret, eo admirabilius Filium
 Dei vocat: neque illum inter eos qui per gratiam id
 nominis adepti sunt statuit. Non enim dixit, Tu es
 D unus ex filiis Dei, sed simpliciter eum qui proprie
 secundum naturam suam est Filius, atque ex Patris
 substantia effulsit, Christum esse dicit. Beatus itaque
 judicatur, ut vera dicens, et quæ nūquam intel-
 lectum superant divinitus edoctus. Quomodo igitur
 opus vel creaturam appellare audent, quem Filium
 Pater esse novit, ipsumque talem dignis revelat?

ALIUD.

« Venturus est, inquit, Filius hominis in gloria
 Patris sui cum angelis suis, et tunc reddet unicui-
 que secundum opera sua ». » Si Deus ac Pater vere

dixit : « Gloriam meam alteri non dabo ⁵²; » quomodo **310** eam dat Filio, si omnino, quia genitus est, diversæ naturæ ab ipso est, et a naturali cum ipso societate alienus? Atque necessarium est fateri Patrem vera dicere. Et dedit suam ipsius gloriam Filio, divinitate quæ una est nequaquam eam privans. Ita enim vere dicit : Filium itaque naturæ æque essentiæ suæ vere participem novit, Spiritu sancto sæmp̄ commemorat. Ita enim sancta et consubstantialis Trinitas coalescit. Quomodo igitur erit Filius creatura, qui ejusdem est cum Patre essentiæ, ut Filius ex Patre verus?

ALIUD.

« Et ecce, inquit, nubes luocida obumbravit eos, **B** et ecce vox e nube, dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui ⁵³. » Si non est magna differentia inter creaturam et Filium, sed idem a nonnullis esse judicatur, omne quod est creatura, erit et Filius. Et quidquid est Filius, erit etiam creatura. Si vero filios quidem ex nobis ipsis gignimus, facimus autem quæ extra nos sunt, alienam a nostra natura materiam accipientes : quomodo non sit magna differentia inter Filium et creaturam? Quod itaque in nobis verum, hoc etiam in Deo valeat. Quomodo ergo fieri potest ut is qui revera Filius est, sit factus vel creatus, cum ipsemet Deus ac Pater de cælo clamet : « Hic est Filius meus ⁵⁴? » non unus filiorum, sed proprie ac naturaliter Filius : ad cujus imitationem nos filii adoptivi sumus, quia **C** in Spiritu Filii clamare possumus : « Abba, Pater ⁵⁵. »

ALIUD.

« Quid, inquit, faciens, Magister bone, vitam æternam possideo? Cui Christus respondit : Cur me interrogas de bono? nullus bonus nisi unus Deus ⁵⁶. » Id quod proprie bonum est, non ex participatione alterius hoc est, sed in propria sua natura bonitatem sitam habet, et quodammodo ex se manentem : imo id naturaliter est quod dicimus esse bonum. Cum itaque Pater in propria sua persona existat, et Filius vicissim in sua propria persona, cuinam et soli bonum tribuenus? Aut qualem revera erit bonum? At fortasse dixerit aliquis id Patri convenire. Recte quidem, et sit ita : concedemus enim, utpote qui quætionem aperiamus. Cæterum quis audebit negare Filium natura bonum esse, cum audiet dicentem : « Ego et Pater unum sumus ⁵⁷; » et : « Qui vidit me, vidit et Patrem ⁵⁸? » Nam si Filius non est natura bonus, **311** quomodo nobis in seipso ostendit Patrem, qui naturaliter bonus est? Atqui est imago etiam hac ex parte Patris. Bonus itaque etiam ipse, sicut et Pater. Quomodo igitur, juxta ipsius dictum, unus est bonus? Certe quia, cum sancta Trinitas propter identitatem essentialiæ in unam divinitatem copuletur, sola divina

Α **ΕΙ** ἀληθεύει λέγων ὁ θεὸς καὶ Πατὴρ· « Τὴν δόξαν μου ἐτέρῳ οὐ δώσω » πῶς αὐτὴν δίδωσι τῷ Υἱῷ, εἴπερ ὄντως διὰ τὸ εἶναι γεννητός, ἑτεροφυῆς τὰ ἐστὶ καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν φυσικῆς κοινωνίας διωρισμένος; Ἄλλὰ μὴν καὶ ἀληθεύειν ἀνάγκη συνομολογεῖν τὸν Πατέρα. Καὶ δέδοκε τὴν ἐαυτοῦ δόξαν τῷ Υἱῷ, οὐκ ἔξω τῆς μίθης θεότητος καὶ τῆς οὐσίας. Οὕτω γὰρ ἀληθεύσει· φύσεως ἅρα κοινωνῶν, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὕδεν ὄντα τὸν Υἱόν. Οὕτω γὰρ εἰς μίαν θεότητα σύμπαν ὁρᾷ διὰ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος ἀποπληρωμένην. Πῶς οὖν ποίημα ἢ κτίσμα ὁ Υἱὸς ὁ τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν ὁ αὐτὸς ὡς Υἱὸς ἐκ Πατρὸς ἀληθινός;

ΑΛΛΟ.

« Καὶ ἰδοὺ, νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασε αὐτούς· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. » Εἰ μὴ πολὺ τι τὸ μεταξὺ φαίνεται ποιήματος καὶ Υἱοῦ, ταυτὸν δὲ εἶναι δοκεῖ παρὰ τισιν, πᾶν ἄπερ ἐστὶ ποίημα, τοῦτο πάντως ἔσται καὶ Υἱός. Καὶ εἰ τί ἐστὶν Υἱός, τοῦτο καὶ ποίημα. Εἰ δὲ τίκτομεν μὲν ἐξ αὐτῶν τὰ γεννώμενα, ποιούμεν δέ τι τῶν ἐξωθεν, ἄλλοτρίαν τῆς ἐαυτῶν φύσεως ὕλην λαμβάνοντες, πῶς οὐ πολὺ τὸ διάφορον Υἱοῦ καὶ ποιήματος; Ὅπερ οὖν ἐστὶν ἐφ' ἡμῶν ἀληθές, σωζέσθω τοῦτο καὶ ἐπὶ Θεοῦ. Εἶτα πῶς ἐνδέχεται τὸν ὄντως Υἱὸν ποιητὸν ἢ κτιστὸν ὑπολαμβάνειν, καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἄνωθεν ἐπιδοῶντος; « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου; » Οὐχ εἰς τῶν υἱῶν, ἀλλ' ὁ κυρίως καὶ κατὰ φύσιν Υἱός, οὗ κατὰ μίμῃσιν οἱ κατὰ θέσιν υἱοὶ, διὰ τὸ δύνασθαι βῶν ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Υἱοῦ· « Ἀββᾶ, ὁ Πατὴρ. »

ΑΛΛΟ.

« Διδάσκαλε, τί ἀγαθὸν ποιήσας ζῶντι αἰώνιον κληρονομήσω; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· « Τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἰς ὁ θεός. » Τὸ κυρίως ἀγαθόν, οὐ κατὰ μετοχὴν τὴν ἐξ ἐτέρου τοῦ ὀ ἐστὶν, ἀλλ' ἐν τῇ οἰκίᾳ φύσει καυμένην ἔχει τὴν ἀρετὴν, καὶ ὡς περ ἐξ ἐαυτοῦ πηγάζουσιν· μᾶλλον δὲ αὐτὸ δὴ τοῦτο κατὰ φύσιν ὑπάρχει ἄπερ εἶναι φάμεν τὸ ἀγαθόν. Ὅντος οὖν ἐν ἰδίᾳ μὲν ὑπάρξει τοῦ Πατρὸς, ὄντος δὲ πάλιν ἐν ἰδίᾳ ὑπάρξει τοῦ Υἱοῦ, τί καὶ μόνον τὸ ἀγαθόν περιθήσομεν; Ἡ ποῖον ὄντως ἔσται τὸ ἀγαθόν; Ἄλλ' ἴσως φήσειεν ἄν τις πρέπειν αὐτὸ τὸ Πατρί. Καλῶς ἐγέτω καὶ τῆδε συνθησόμεθα γὰρ, ὡς ἐτι γυμνάζοντες τὸ θεώρημα. Εἶτα τίς ἀποταμῆσει λέγειν οὐκ εἶναι φύσει τὸν Υἱὸν ἀγαθόν, ὅταν ἀκούσῃ λέγοντος· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐσμεν; » ἢ « Ὁ ἑωρακὴς ἐμὲ, ἐώρακε τὸν Πατέρα; » Εἰ γὰρ μὴ ἀγαθὸς κατὰ φύσιν ὁ Υἱός, πῶς ἡμῖν ἐν ἐαυτῷ δεικνύει τὸν κατὰ φύσιν ἀγαθὸν ὄντα Πατέρα; Ἄλλ' ἐστὶν εἰκὼν καὶ κατὰ τοῦτο τοῦ Πατρὸς. Ἀγαθὸς ἅρα καὶ αὐτός, ὡς περ οὖν καὶ ὁ Πατὴρ. Πῶς οὖν εἰς ἐστὶν ἀγαθὸς κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνήν; Ἀπλὸν ὅτι τῆς ἁγίας Τριάδος διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας εἰς μίαν θεότητα δι' ἐαυτῆς ἀναπλεκομένης, ὡς εἶναι

⁵² Isa. XLII, 8. ⁵³ Matth. XVII, 5. ⁵⁴ ibid. ⁵⁵ Rom. VIII, 15. ⁵⁶ Matth. XIX, 16, 17. ⁵⁷ Joan. I, 30. ⁵⁸ Joan. XIV, 9.

μόνην τὴν θεϊαν οὐσίαν τὸ κυριῶς ἀγαθόν. Ὁ δὲ εἰς Α τοσαύτην ἐνότητά τῷ Πατρὶ περιφραγόμενος φυσικῶς Θεὸς Λόγος, πῶς ἂν εἴη γενητὸς ἢ παποιημένος;

ΑΛΛΟ.

Ἐρωτώμενος ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου Χριστός, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, « Σὺ εἶπας, » φησὶν, οὐκ ἀρνούμενος. Εἶτα προστιθεὶς λέγει: « Πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι εἶψατε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. » Ἐοὖν ἡμῖν τὸ ἐντεῦθεν συναγόμενος; Ὅτι [δταν] ἐπὶ Θεοῦ λέγεται τὸ καθέζεσθαι καὶ θρόνος, τὸ τε ἀρχικόν τε καὶ δεσποτικόν, βασιλικόν τε ὁμοῦ καὶ πάντων κρατοῦν ἀξίωμα σημαίνεται. Οὐ γὰρ δήπου φήσειεν ἂν τις τῶν σοφῶν κατὰ τὰς ἐν τοῖς πίναξιν ὁρωμένων γραφὰς χρῆναι νοεῖσθαι περὶ Θεοῦ· οὐδὲ θρόνον μὲν τινα λογιούμεθα κείσθαι, τῶν δὲ ἀπάντων Κύριον ἀνακεκλίσθαι πιστεύομεν ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως δεξιόν τε καὶ ἀριστερόν ἐπὶ τῆς θείας καὶ ἀπερινοήτου φύσεως. Σωμάτων γὰρ οἰκίον καὶ σχῆμα καὶ τόπος, ἰσχυροί τε καὶ ἑγερτοί. Ταύτην οὖν ἐχόντων τὴν δύναμιν ἐπὶ Θεοῦ, τῶν τε ὀνομάτων καὶ τῶν λέξεων, ὅσαι δηποτοῦν τὰ τοιαῦτα σημαίνουσι· κατὰ τίνα τρόπον ὁ Υἱὸς ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως καθεζόμενος ἐαυτὸν ἐφθῆσασθαι λέγει, ἢ ὡς ὁμόθρονον δηλαδὴ καὶ οὐ δεύτερον εἰς τιμὴν, ὡσπερ ἂν εἴ τις οἰηθεῖη, τοῦ Πατρὸς; Τοῦτο γὰρ τὸ « ἐκ δεξιῶν » εἰκοιε δηλοῦν, ἀπὸ τῆς παρ' ἡμῖν συνηθείας τὸ ὑπὲρ ἡμῶν· ἀναστυπῶν. Πῶς οὖν ὁμοίμῃος τε καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς τῷ Πατρὶ θρόνος; ὁ Υἱὸς ὡν εὐρεθήσεται, εἴπερ οὐκ ἐστὶ κατὰ φύσιν Υἱὸς τῆν τοῦ Πατρὸς ἰδιότητα φυσικῶς ἔχων ἐν ἐαυτῷ, ποίημα δὲ μᾶλλον, ὡς ἔκεινο; ληροῦντες φασίν; Ἦ γὰρ ἀνάγκη συμμολογεῖν μὴ ὑπὸ μόνου τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ βασιλεύσθαι τὴν κτίσιν, ἐπιστατεῖν δὲ αὐτῇ καὶ ἑτερόν τινα γενητὸν καὶ ἐπιεσάκτον Θεόν, καὶ οὐκ εἶη Θεὸς εἰς ἐφ' ἡμῶν, κατὰ τὴν Γραφὴν· ἢ εἴπερ εἰς ἐστὶν ὁ Θεὸς, συμβασιλεύει δὲ αὐτῷ Θεὸς ὡν ὁ Υἱὸς, τῆς αὐτῆς ἂν εἴη φύσεως εἰκότως, ἥσπερ ἂν ὡν ὑπάρχει καὶ ὁ Πατήρ. Οὐτω γὰρ εἰς ἐστὶν Θεὸς, τῇ τῆς φύσεως ταυτότητι πρὸς θεότητα μίαν τρεχούσης τῆς ἀγίας Τριάδος, εἰ καὶ ἐν τῇ καθ' ἕκαστον τῶν ὀνομάτων θέσαι καὶ ἰδιαζόντως ἐν ὑπάρξει μοναδικῇ νοουμένη, τὸν τρίτον εὐρίθμως ἀριθμὸν ἐπιδέχοιτο. Ὅτε τοίνυν τῆς αὐτῆς οὐσίας ἐστὶν ὁ Υἱὸς τῷ ἀκτίστῳ Πατρὶ, πῶς ἂν αὐτὸς ὡς κτίσμα νοεῖτο, ὡς γνήσιον γέννημα, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀληθές;

Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου.

« Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. » Εἰ ἦν ἐν ἀρχῇ τῇ κατ' ἐπίνοιαν χρονικῇ (οὕτω γὰρ ἡμῖν ἐσχηματίσθω πρὸς τὸ παρὸν οικονομικῶς ὁ λόγος), πῶς ἂν ἐγένετο μετ' αὐτῆν; Τὸ γὰρ ὅλως διὰ τοῦ πεποιθῆσθαι πρὸς τὸ εἶναι κεκλιμένον, οὐκ ἂν ὑπάρξει ἐν ἀρχῇ νοετό ποτε, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὅλως ἀρχῇ καλοῖτο, χρόνου μὲν αὐτῆς προβαδίζοντος, φαίνεσθαι δὲ τι πρὸ αὐτῆς

essentia proprie bona est. At vero Verbum Dei, quod tanta unitate Patri naturaliter copulatum est, quomodo creatum aut factum dici possit?

ALIUD.

Christus interrogatus a principibus sacerdotum et Pontio Pilato an ipse esset Filius Dei, « Tu dixisti, » respondit, non negans. Deinde addidit: « Verumtamen dico vobis, ex nunc videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem super nubibus caeli ⁶⁶. » Quid autem hinc colligi potest, cum de Deo dicatur sedere, et thronus principatus ipsius atque dominium, et regia dignitas omnibus imperans significatur? Neque enim quisquam recte sentiens dixerit ita esse cogitandum de Deo, sicut in tabulis sive imaginibus depingitur: neque thronum aliquem in caelo positum esse imaginabimur, et Dominum universi ei insidere: sed neque omnino dextrum aut sinistrum latus in divina atque incomprehensibili natura statuemus. Corporum enim propria est forma et locus, erectioque et sessio. Cum igitur nomina et voces eum huiusmodi significationes habent, hanc in Deo vim habeant, Filius quomammodo a dextris virtutis Dei sessurus dicitur, nisi quatenus nihil illi de gloria patris est, desit? Hoc enim videtur significare illud, « sedere a dextris: » e nostra consuetudine quae supra nos sunt exprimens. Quomodo autem eandem gloriam habeat, et in eodem cum Patre solio sedeat Filius, si non sit natura Filius, paternam proprietatem naturaliter in se habens, sed potius creatura, ut illiasserunt? aut enim necesse est fieri, non solum re vera existentem Deum imperium in creaturam habere, sed alium quemdam creatum atque ascitum Deum consortem imperii cum ipso esse, atque ita non erit unus Deus, juxta Scripturas ⁶⁷: aut si est unus Deus, unaque cum eo regnat Deus existens Filius, certe ejusdem naturae erit, cuius Pater. Ita enim unus erit Deus, identitate naturae, ad unam deitatem concurrentes sancta Trinitate, tametsi peculiariter **312** nomina, distinctaeque personae ternarium numerum consiciant. Cum igitur Filius sit ejusdem essentiae cum increato Patre, quomodo censeatur esse creatura, juxta haereticorum absurdam opinionem, et non potius, ut revera est, genuinus Filius?

κατὰ τὴν τῶν ἀρετικῶν ἀβουλῶν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον

Ex Evangelio in Joannem

« In principio, inquit, erat Verbum ⁷⁰. » Si erat in principio, quod temporali cogitatione concipitur (ita enim in praesentia certo consilio sermo nobis componatur), quomodo creatum est post illud? Nam quod omnino per creationem ad esse traductum est, nequaquam extitisse in initio intelligi potest: sed neque in universum principium vocetur, cum

⁶⁶ Matth. xxvi, 64. ⁶⁷ Deut. vi, 4. ⁷⁰ Joan. i, 1.

tempus ipsum præcesserit, quod aliquid existisse ante declarat. Aut igitur nihil prorsus ante ipsum esse dicant, quæstioque per hoc soluta sit : aut si aliquid aliud principii principium statuunt, sciant se absurde hoc dicere, et præterea hoc a nobis audiant : supremum illud quod statuunt principium, illud esse in quo erat Verbum. Sed quomodo non sufficet nobis ad subvertendam eorum opinionem qui ipsum creatum esse volunt, vox hæc, erat? Nam si erat, factum non est : si factum est, non erat. Sed quoniam erat, factum non est : quod enim jam est atque subsistit, idque in principio, id fieri sive factum esse dici non potest.

ALIUD.

« Et Verbum erat apud Deum ⁷¹. » Beatus evangelista apertius nobis principii vocabulum explanat. Nihil enim aliud, ut videtur, principium esse dicit, quam ipsum Patrem, e quo vivus effulsit Filius : quemadmodum lumen ex sole. Quod quidem aliud ab ipso intelligitur, tamen non extra essentialiam ejus a quo emittitur, positum. Principium itaque Filio est Pater, sed principium istud non temporariis intervallis metiendum dicimus, sed tale esse atque est illud in quo et ex quo est ; quemadmodum calor ex igne principium habet ignem, sed simul etiam ex ipso et in ipso inseparabiliter intelligitur ; frigus item in aqua, principium habet aquam, sed simul et ex ipsa et in ipsa etiam inseparabiliter cognoscitur. Fieri enim non potest ut aliquid ex iis quæ dicta sunt, absque iis quæ naturaliter insunt, aut existat, aut appareat : nisi forte alio quopiam artificio, et vi quadam consueta ipsi ac familiaris facultas atque operatio labefactetur : quemadmodum si aqua per ignis vim fervereat. Divina vero atque incorruptibilis natura longe exemplorum jam allatorum vim superans, **313** semper in seipsa firma ac stabilis est, semperque eodem modo se habet : quippe quæ ab omni passione libera est. Quocirca Verbum erat in Patre, ut in principio, ut intelligas simul existere Patrem et Verbum quod ex ipso et in ipso est, nullo ad ipsius existentiam intercedente tempore. Nam hæc vox, Erat, sic intelligere cogit

ALIUD.

« Et Deus, inquit, erat Verbum. » Hic aperte tollitur occasio suspicandi recens factum esse Deum Filium. Erat enim Deus existens, inquit sanctus evangelista. Qui vero hoc est in principio, quomodo fiat? sed et illud insuper sciendum est : quod per gratiam deificatur, et Deus ex sua natura non est, necesse est ut per se et peculiariter aliquid omnino sit atque subsistat, atque ita quasi per incrementum illam dignitatis accessionem acquirit : quemadmodum ut nos, cum simus natura homines, per gratiam id consequimur ut vocemur dii ⁷². Aut igitur dicant, quidnam antea erat Verbum ex Patre

⁷¹ Joan. 1, 1. ⁷² | Joan. III, 1.

Α επιτρέποντος. Ἡ τοίνυν οὐδὲν ἄλλως εἶναι πρὸ αὐτῆς λεγέτωσαν, καὶ λελύσθω διὰ τούτου τὸ ζητούμενον· ἢ εἴπερ ἀρχὴν τινα τῆς ἀρχῆς ἑτέραν εἶναι φασιν, ἴστωσαν μὲν τοῦτο λέγοντες ἀμαθῶς, πλὴν καὶ παρ' ἡμῶν ἀκουέτωσαν, ὡς ἦν περ ἂν ἀνωτάτω δολεν ἀρχὴν, ταύτην εἶναι φάμεν καθ' ἣν ἦν ὁ Λόγος. Πῶς δὲ ἡμῖν οὐκ ἀρκέσει τὸ, ἦν, πρὸς ἀνατροπὴν τῶν πεποιθησθαι λεγόντων αὐτόν; Εἰ γὰρ ἦν, οὐκ ἐγένετο· εἰ ἐγένετο, οὐκ ἦν. Ἐπειδὴ δὲ ἦν, οὐκ ἐγένετο· τὸ γὰρ ἂν καὶ ὑπάρχον ἦδη, καὶ τοῦτο ἐν ἀρχῇ, οὐκ ἂν λέγοιτο πεποιθησθαι ποτε.

ΑΛΛΟ.

« Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. » Φαίνεται λοιπὸν ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς σαφέστερον ἡμῖν ἐρημνεύων τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον, ὡς εἰκὸς, τὴν ἀρχὴν εἶναι φησιν, ἢ αὐτὸν τὸν Πατέρα, ἀφ' οὗπερ ὁ ζῶν ἐξέλαμψε Λόγος, καθάπερ ἐξ ἡλίου τὸ φῶς. Ἐτερον μέντοι παρ' αὐτόν εἶναι νοούμενον, οὐκ ἐξω δὲ ὁμοῦ τῆς τοῦ ἐκπέμποντος οὐσίας καίμενον. Οὐκοῦν ἀρχὴ τῷ Υἱῷ ὁ Πατήρ. Ἀρχὴν δὲ οὐ τὴν ἐν διαστήμασι χρονικοῖς μετρουμένην φάμεν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τοιαύτην, ἐφ' ἧς τὸ τε ἅμα καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς νοεῖται. Οἷον ἢ ἐκ πυρὸς θερμότης, ἀρχὴν ἔχει τὸ πῦρ· ἀλλ' ἅμα καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ νοεῖται καὶ ἀχωρίστως· ἢ φύξις ἢ ἐξ ὕδατος, ἀρχὴν ἔχει τὸ ὕδωρ· ἀλλ' ἅμα καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ πάλιν ἀχωρίστως. Ἀμύχανον γὰρ τι τῶν εἰρημένων δίχα τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶν, ἢ εἶναι, ἢ φαίνεσθαι· εἰ γὰρ μὴ διὰ τινος μηχανῆς ἑτέρας ἐκδισσθὲν, τῆς ἐξ ἑθους αὐτῷ καὶ φιλῆς ἐνεργείας παρασαλεύοιτο· ὡς περ ἀμίλει τὸ ὕδωρ ἐκ πυρὸς εἰς θερμότητα συνωδοῦμενον. Ἡ θεία καὶ ἀκήρατος φύσις πολὺ τῶν παρενεχθέντων ὑποδειγμάτων τὴν δύναμιν ἀναβαίνουσα, πάντως που στήσεται μὲν ἐφ' ἑαυτῆς, ἔξει δὲ ἀεὶ ὡσαύτως, ἐπεὶ καὶ παντὸς ἐλευθέρου πάθους ἔστιν. Οὐκοῦν ὅσα ἐν ἀρχῇ τῷ Πατρὶ ἦν ὁ Λόγος, ἴνα νοῆς ἅμα τε ὅσα ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ Λόγον, οὐδενὸς μεσολαβοῦντος χρόνου τὴν ὑπαρξιν αὐτοῦ. Τὸ γὰρ, ἦν, οὕτω νοεῖν ἡμᾶς ἀναγκάζει.

D

ΑΛΛΟ.

« Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. » Ἐνταῦθα σαφῶς ἀναρρεῖται τὸ πρόσφατον εἶναι Θεόν τὸν Υἱόν. Ἦν γὰρ Θεὸς ὢν, φησὶν ὁ ἅγιος εὐαγγελιστὴς. Ὁ δὲ τούτου ὢν ἐν ἀρχῇ, πῶς ἂν εἴη πεποιημένος; Ἄλλως τε κάκεινο πρὸς τοῦτοις εἶδέναι καλόν, τὸ ἐν χάριτος μέρει θεοποιούμενον, καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν οὐκ ἂν ἀνάγκη καθ' ἑαυτὸ καὶ ἰδιαζόντως ὑπάρχειν τι καὶ ὑπεστάναι, εἴθ' οὕτω προσθήκην ὡς περ τινὰ τῆν τοῦ ἀξιώματος δέχεσθαι περιβολήν· ὡς περ οὖν καὶ ἡμεῖς ἀνθρώποι κατὰ φύσιν ὑπάρχοντες, χάριτι πλουτούμεν τὸ καλεῖσθαι θεοί. Ἡ τοίνυν λεγέτωσαν τί μὲν πρότερον ἦν ὁ ἐκ Πατρὸς Θεὸς προελθὼν Λόγος, πῶς

δὲ καὶ ὑστερον ἐκλήθη Θεός· ἢ εἴπερ αἰσθάνονται ἅπασαν τὴν φύσιν θεότητος ἰσχυροῦντες τὸν Υἱὸν, παυέσθωσαν ἀμαθῶς πεποιθήσθαι λέγοντες τὸν κατὰ φύσιν ἦντα Θεόν, οὐδενὸς αὐτοῦ τοῦτο φρονεῖν ἐπιτρέποντος λόγου.

ΑΛΛΟ.

« Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. » Οὐκ ἐξωθεν ἦντα τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἐπιδεικνύει τὸν Υἱὸν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχοντα. Καὶ τοῦτο πάλιν, οὐκ ἐν χρόνῳ φησὶ λαβεῖν τὸ ἀξίωμα, ἀλλ' οὕτως εἶναι ἐν ἀρχῇ. Ὁ δὲ τῆς τοῦ γεννήσαντος οὐσίας καρπὸς ἀληθής, κατὰ τὴν τροπὴν ἐτεροφυῆς εὐρεθῆσεται; Ὅσπερ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν οὐκ ἂν τις ἐρυγῆσαι σταφυλάς, οὕτως ἀδύνατον ἐξ ἀμπέλου τευθῆναι τὴν ἀκανθάν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Πατήρ, οὕτως ἡμῖν ἔξει καὶ ὁ Υἱός, ἵνα μὴ φαίνεται τῶν ἑαυτοῦ ποιημάτων ἐλάττων ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· εἰ γὰρ τὰ μὲν οὐκ ἐκφυλόν τὸν ἐξ ἑαυτῶν ἀποικίεται καρπὸν, ὁ δὲ τοῦτο φαίνεται παθὼν διὰ τὸ γεννᾶν τὸν μὴ φύσει Θεόν. Τοῦτο γὰρ τὸ πεποιθῆσθαι δίδωσι νοεῖν καθ' οὐρανὸν ἂν φέροιτο. Οὐ γὰρ ἂν εἴη φύσει Θεὸς ὁ πεποιθμένος.

ΑΛΛΟ.

« Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν. » Εἰ ἐν τῷ πάντα εἰπεῖν, οὐδὲν ὅλως καταλειποῦς εὐρίσκειται, ὅ μὴ τῷ πῶν γεγονότων ἀριθμῷ συγγράφεται, ἕτερος ἄρα ἐστὶ παρὰ πάντα λοιπὸν, ὁ πάντα πρὸς τὸ εἶναι κεκληκὼς Θεὸς Λόγος. Πῶς οὖν ἕτερος, εἴπερ ἐστὶν ὁμογενής τε αὐτοῖς καὶ συμπεποιημένος; Ἐπειδὴ δὲ ἕτερος, οὐκ ἄρα ὁμογενής. Οὐκοῦν οὐδὲ ποιήμα, ποιητῆς δὲ μᾶλλον καὶ κτίστης, ὡς Θεός.

ΑΛΛΟ.

Ἐγγράπται· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Πῶς οὖν, εἴπερ ἐστὶ ποιήμα, κατ' ἐκείνους, ὁ Υἱός, προσκυνεῖται παρ' ἡμῶν τε καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων; Καὶ μάρτυς ὁ Παῦλος παρέσται λέγων·· « Ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ τὸν Πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· Καὶ προσκυνήσάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Πῶς δὲ, εἰπέ μοι, κατὰ τῶν λελατρευκότων τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, βαρὺ τι τὸ ἐγκλημα φέρεται, εἴπερ ὧδε φύσεως ἔχοντα τὸν Υἱὸν καὶ κτίσμα τυγχάνοντα, κατ' αὐτοὺς, θεραπεύουσιν ὡς Θεόν καὶ αἱ καθαρῶν τῶν οὐρανῶν δυνάμεις; αἷς δὲ καὶ μάλιστα τὸ μηδαμῶς πλανᾶσθαι δοίη τις ἂν προσεῖναι δικαίως, εἴπερ δὴ καὶ μᾶλλον εἰσι τῶν παρ' ἡμῖν συνετῶν νουνεγέστεραι. Ἄλλ' οὐδεὶς ὁ ἔλεγχος τοῖς λατρεύουσι Χριστῷ, ἐκ δὲ τῶν ἐναντιῶν πολλὸς ὁ μισθός. Οὐκ ἄρα ἐστὶ ποιήμα, Θεὸς δὲ μᾶλλον, ἀκατηγορήτως τε καὶ ἀνεγκλήτως παρὰ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως προσκυνούμενος.

ΑΛΛΟ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ ποιήμα καὶ κτίσμα, κατ' ἐκείνους, ἐστὶν ὁ Υἱός,

⁷⁸ Joan. 1, 2. ⁷⁹ ibid. 3. ⁷⁴ Deut. vi, 13; Matth. iv, 10. ⁷⁶ Hebr. 1, 6.

A procedens, et quo pacto postea sit vocatum Deus : aut, si ingentis suæ impletatis sibi concilii sunt, naturali sua divinitate Filium spoliantes, desinant imperite dicere factum esse eum qui natura sua est Deus cum nulla plane ratio ita sentire permittat.

ALIUD.

« Hic, inquit, erat in principio apud Deum ⁷⁸. » Non extra essentiam Patris constituit Filium, sed in ipso et ex ipso secundum naturam existentem. Et rursum, non in tempore eam dignitatem consecutum esse dicit, sed ita esse in principio. Atqui verus paternæ essentia fructus, quoniam modo diversæ a Patre naturæ censerit possit? Quemadmodum enim ex spinis nemo uvarum vindemiam facit, ita fieri non potest ut ex vite nascantur spinæ. Cum igitur Pater sit natura Deus, ita etiam erit et Filius; ne nimirum Pater videatur creaturis suis inferior, quæ quidem alienum a se fructum non gignunt : ipse vero diversum a se gigneret, si Filius ipsius non esset natura Deus. Hoc enim significatur per *factum* in eo de quo prædicatur : neque enim queat esse natura Deus, qui factus est.

ALIUD.

« Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil ⁷⁹. » Si, cum dicit omnia, nihil prætermisisse censetur, quod numero eorum quæ facta sunt non comprehenditur, diversus sit ab omnibus necesse **314** est, qui omnia ad esse traduxerit Deus Verbum. Quomodo igitur erit diversus, si ejusdem generis sit, et simul cum ipsis factus? Cæterum cum sit diversus, ejusdem generis non est. Ergo nec creatura sed potius factor et creator, ut Deus.

ALIUD.

Scriptum est : « Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies ⁷⁴. » Quomodo igitur, si est creatura, ut illi volunt, adoratur a nobis et a sanctis angelis. Quod et Paulus testatur, dicens : « Quando autem introducit Primogenitum in orbem terrarum, dixit : Et adorent ipsum omnes angeli Dei ⁷⁶? » At quo pacto, obsecro, eorum impietas fertur, qui creaturæ potius quam Creatori serviunt? Siquidem ita natura sua se habentem Filium, ut sit creatura, juxta ipsorum opinionem, purissimæ cœlorum potestates, ut Dema colunt, quas certe nemo merito errare dixerit, cum tanto intervallo humanam sapientiam superent. Atqui qui Christum colunt, non modo extra culpam sunt, sed contra magna præmia eis proposita sunt. Non est igitur creatura, sed potius Deus, qui citra culpam ab omni simul creatura adoratu

ALIUD, ex eodem.

Si Filius, ut illi volunt, est opus vel creatura,

omnia vero per ipsum facta esse constat : creatura itaque seipsam creat , et frustra ac temere ut creator gloriatur dicens : « Manus mea fecit hæc omnia 75. » Atqui nihil quod factum est, creare potest, sed creatura omnis Deum creatorem prædicat. Non est igitur Filius creatura, neque rerum factarum ulla, juxta temerariam atque impliam hæreticorum opinionem.

ALIUD.

« Erat, inquit, lux vera 76. » Si, cum Pater sit vera lux, vera quoque lux est Filius, quomodo differat ratione naturæ a Patre, qui etiam hac in parte in eodem cum ipso ordine collocatur? Si vero, cum sit diversæ a Patre naturæ, juxta hæreticos, verum lumen esse potest, quemam esse hæc sanctorum evangelistarum observatio? Aut quid tanquam magni atque eximii Deo ac Patri tribuat, quod sit lux vera, cum et Filius, qui, juxta illorum opinionem, creatus est, verum quoque lumen sit? Quocirca, si divinæ naturæ excellentia creatis inaccessibleis est, et si nulla in universum creatura essentialiter sive proprie hoc ipsum esse potest, quod **315** Deus naturaliter in sua proprietate est, illud, « Quid enim habes quod non accepisti 77? » dicatur creaturæ duntaxat. Filio autem proprietates Patris naturaliter inesse deprehenduntur. Consubstantialis igitur Patri est, tantumque a cognitione eum creaturis distat, quantum ipse Pater. Idecirco inaccessibleem habet divinam dignitatem, atque hoc quidem non ex parte sed in integrum.

ALIUD.

« Erat, inquit, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum 77. » Si lux a Patre ac Deo in mundum missa, est Verbum ex ipso procedens, juxta illud ab ipso dictum : « Ego ex Patre exivi, et veni 78; » et rursus : « Ego lux in mundum veni 79; » ad ipsum ergo beatus Psalmista dicit, spiritalem lyram pulsans : « Quia tu illuminabis lucernam meam, Domine Deus, lux in tenebris meis. » Cum itaque, juxta ipsius Servatoris vocem, David in Spiritu Dominum ipsum ac Deum esse profiteatur, quam, obsecro, ratione erit creatus, qui est natura Deus?

ALIUD.

« Quotquot autem, inquit, receperunt enim, dedit eis potestatem filios Dei fieri 80. » Expendant rursus etiam hoc ita, audiantque contentiosi hæretici. Singulis creaturis suis quodammodo locus est, propria naturæ ratio, aut dignitatis quæ ipsi inest conditio. Exempli gratia, quantum ad naturæ rationem attinet, ego quidem homo, angelus vero alius. Quantum vero ad dignitatem sive conditionem attinet, alia est servilis, alia non item, sed libera. Quando autem aliquid horum copulatum illi qui

πάντα δὲ δι' αὐτοῦ γεγονότα φαίνεται, ταυτην ἡ κτίσις δημιουργεῖ, καὶ μάτην ὡς ποιητῆς ἐπικρομαίσει, λέγων· Ἡ χεὶρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα. Ἄλλ' οὐδὲν τῶν πεπονημένων φαίνεται δημιουργοῦν, θεὸν δὲ ἡ κτίσις ἀνακηρύττει τὴν ποιητήν. Οὐκ ἄρα κτίσις ἐστὶν ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τῶν ποιημάτων ἓν, κατὰ τὴν τῶν πλανωμένων ἀβουλίαν τὰ ἡμοῦ καὶ ἀσέβειαν.

ἌΛΛΟ.

« Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. » Εἰ φῶς ἐστὶς ἀληθινοῦ τοῦ Πατρὸς, φῶς ἀληθινόν ἐστι καὶ ὁ Υἱὸς, ποῖαν ἔξει τὴν διαφορὰν, κατὰ γε τὸν τῆς φύσεως λόγον, ὡς πρὸς αὐτὸν ὁ ἐν ἴσῃ τάξει καὶ κατὰ τοῦτα τιθέμενος αὐτῷ; Εἰ δὲ ὑπάρχων ἑτεροφυῆς, κατὰ τὴν τῶν ἀνοσιῶν αἰρετικῶν ἀβουλίαν, ἀληθινὸν εἶναι δύνανται φῶς, τίς ἢ ἐπιτήρησις τοῖς ἁγίοις εὐαγγελιστοῖς; Τί δὲ ὡς μέγα καὶ ἐξαιρετὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸ εἶναι φῶς ἀληθινὸν ἀπονέμους; Φαίνεται γὰρ, καίτοι κατ' ἐκείνους γενητὸς ἂν ὁ Υἱὸς, φῶς ὑπάρχων ἀληθινόν. Ἐπεὶ οὖν ἄβυστος τοῖς γενητοῖς ἐστὶ τὰ θεῖα πλεονεκτήματα, καὶ οὐκ ἂν τι τῶν πεπονημένων οὐσιωδῶς, ἦτοι κυρίως, τοῦτο ὑπάρχει ποτὲ, ὅπερ ἂν εἴη φυσικῶς κατὰ τι γοῦν ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· Τί γὰρ ἔχεις ὁ οὐκ ἑλαβας; ἢ εἰρήσθη τῇ κτίσει. Εὐρίσκειται δὲ φυσικῶς ἐνυπάρχοντα τῷ Υἱῷ τὰ τοῦ Πατρὸς ἴδια. Ὁμοούσιος ἄρα ἐστὶν ὡς πρὸς αὐτὸν, καὶ τοσοῦτον τῆς τῶν γενητῶν ἐμογενείας ἀπικισμένος, ὅσον ἂν τις ἴδοι καὶ τὸν γεννησαντα αὐτόν. Διὰ τοῦτο καὶ ἄβυστος ἔχει τὸ θεοπρεπὲς **C** ἀξίωμα, καὶ τοῦτο οὐ μερικῶς, ἀλλ' ὁλοκληρῶς.

ἌΛΛΟ.

« Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Εἰ τὸ ἀποστελλόμενον τῷ κόσμῳ φῶς παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὁ Λόγος ἐστὶν ὁ ἐξ αὐτοῦ προσελθὼν, κατὰ τὸ εἰρημένον παρ' αὐτοῦ· Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξηλθον, καὶ ἦκα· καὶ πάλιν· Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα· πρὸς αὐτὸν ἄρα φησὶ καὶ ὁ μακάριος Ψαλμοδός, τὴν πνευματικὴν ἀνακρουόμενος λύραν· Ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχον μου, Κύριε ὁ Θεός, φῶς εἰς τὸ σκότος μου. Ὅτε τοῖνον κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτήρος φωνὴν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐν Πνεύματι Κύριον αὐτὸν ὁμολογεῖ καὶ θεὸν, πῶς ἐστὶ ποιῆμα, κατὰ τίνα **D** δὲ τρόπον γενητὸς ὅλως ὁ φύσει Θεός;

ἌΛΛΟ.

« Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. » Περιαιθεῖτω μοι πάλιν καὶ τοῦτο τοιῶσδε, καὶ ἀκούετω καὶ νῦν ὁ φιλεγκλήμων αἰρετικὸς. Τόπος ὡσπερ οικειὸς ἐστὶν ἐκάστῳ τῶν ὄντων, ὁ ἴδιος τῆς φύσεως λόγος, ἢ καὶ τὸ τοῦ προσόντος ἀξιώματος μέτρον. Ὅσον ἐπὶ μὲν τοῦ λόγου τοῦ κατὰ τὴν φύσιν, ἐγὼ μὲν ἄνθρωπος, ἄγγελος δὲ ἕτερος. Τὸ δὲ ὅσον εἰς ἀξίωμα, τὸ μὲν τοῦ δοῦλον ἐστὶ, τὸ δὲ οὐ τοῦτο τυχόν, ἀλλ' ἐλεύθερον. Ἄλλ' ὅταν τι τούτων τῷ βελτιοῦν εἶδῃσι συμπλακέν, ἕτερόν τι

75 Job. xi. 9. 76 Joan. i. 9. 77 I Cor. iv. 7. 78 Joan. xvi. 28. 79 Joan. xii. 46. 80 Psal. xlii. 29
80 Joan. i. 12.

φαίνεται γεγονώς παρ' ὧν ἦν ἐξ ἀρχῆς, ἐξηλεύσθη ἄ τρώπον τινα τοῦ οικείου τόπου, καὶ πρὸς τὴν τοῦ βελτιούντος μετακινήσθη θέσιν. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ὑπομείναντες, εἰς υἰότητα τὴν Θεοῦ καὶ Πατρὸς μετέστημεν ἐκ δουλείας, τὸ μὲν οἰκίον ἐκδεθικότες μέτρον, εἰς δὲ τὸ τοῦ χαριζομένου καὶ τοῦτο ἡμῖν μεταπηδήσαντες, εἰ καὶ μὴ τῇ φύσει κατὰ γούν τὸ κεκλήσθαι τέκνα Θεοῦ. Ἄρ' οὖν οὐκ ὠφελησθαι τὴν ἀνθρώπου φύσιν κατὰ τοῦτο φησομεν; Ἄλλ' ἔστιν ὁμολογούμενον. Εἴτα τίς ἔσται τῆς ὠφελείας ὁ τρόπος, εἰ μηδὲν ὄλως τὸ μεταξὺ ποιήματος καὶ Υἱοῦ; Ποῖα δὲ ὄλως ἐν ἡμῖν φαίνεται μεταστάσις ἢ ἐπὶ τὸ ἀμεινον, εἰ μηδὲν ἐν υἰότητι τὸ πλεονεκτήριον πεποιησθαι κίσειται; ἢ πῶς ἂν αὐτοὶ χρηματίζοιμεν υἱοὶ, ὡς λαβόντες ἐν αὐτοῖς τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, εἰ μὴ κατὰ φύσιν Υἱὸς ὑπάρχει τοῦ Πατρὸς; Εἰ δὲ Υἱὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, πῶς ἂν εἴη καὶ ποίημα, οὐκ ἐνδεχομένου μὴ πάντως ἐκ τῆς τοῦ γεννησαντος εἶναι φύσεως, ὡς ἂν εἴη γεννηθὲν ὑπὸ τινος;

ΑΛΛΟ.

« Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσῆος ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. » Εἰ μὴ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱὸς, θεὸς ἄρα καὶ διεψυσμένος. Ἄλλ' εἴπερ ἀλήθεια καὶ τῆς ἀληθείας ἐργάτης ἐστὶ, πῶς ἂν εἴη καὶ ἐψυσμένος; Οὐκοῦν κατὰ φύσιν Θεός. Ὁ δὲ τοῦτο ὑπάρχων, πῶς ἂν εἴη γεννητός;

ΑΛΛΟ.

« Ἰδὲ ὁ Ἄμωδός τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Φησὶ σου πρὸς τὸν τῶν ὄλων ἀεσκότην ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαίας· « Τίς Θεὸς ὡς περ σὺ, ἐξ αἴρων ἀνομίας καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίαν; » Ὅτε τοίνυν Θεοῦ ταῦτα ποιεῖν λεγομένου, Χριστός ἐστιν ἀφαιρῶν τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου, πῶς οὐκ ἐστὶ Θεός; Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ ποίημα.

ΑΛΛΟ.

« Τῇ ἐπαύριον, φησὶν, ἠβέλησεν ἐξελεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὗρισκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἄκολούθει μοι. » Ἀναδείκνυσιν ἐν τούτοις μαθητὴν τὸν Φίλιππον ὁ Σωτὴρ. Σκόπει δὲ οὖν εἰ μὴ σοφός τις καὶ ἐπ' αὐτῷ διήρτισται λόγος, συναίνειν ἀναπέθων, ὅτι δὴ καὶ ὑπάρχει Θεός κατὰ φύσιν ὁ Υἱός. Πολλῶν ἀεὶ τῷ Σωτῆρι προσεδρευόντων, καὶ μυριάδων τοὺς μαθητὰς περιθέοντος πλήθους, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς, ἐφῆσεν αὐτοῖς ὁ Σωτὴρ· « Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ. » θερισμὸν οὐδὲν ἕτερον εἶναι λέγων, ἢ τοὺς διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν ἀσταζύων δίκην ἀναβλαστῶντας εἰς εὐλάβειαν. Τούτων δὲ τίς ἂν εἴη Κύριος, εἰ μὴ πάντων Θεός; Ἡ δὲ καὶ ὁ Παῦλος διὰ μετανοίας συνάπτεσθαι τοὺς ἐπικληρονόμους παρακαλεῖ βῶν· « Δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Ὅτι τοίνυν μόνος ἐστὶ τοῦ θερισμοῦ Κύριος ὁ Θεός, ἅτε δὴ πάντων ὑπάρχων

A melius id efficere potest, aliud quilibet factum videtur, quam quod initio erat, extractum est quodammodo e proprio suo loco, et in illius qui corrigere meliusque efficere potest, conditionem translatum. Idipsum etiam in nobis usuvenit: nam e servis in filios Dei traducti sumus, nostram quidem conditionem egressi, atque in ejus qui id nobis largitur translati, ac tametsi non natura, appellationem tamen sumus filii Dei. An non itaque humanam naturam hac in parte adjutam esse dicemus? Procul dubio. At vero quænam erit utilitatis ratio, si nihil omnino interest inter creaturam et Filium? Aut quænam in nobis mutatio in melius accidit, si in adoptione in filios nihil amplius situm est quam in creatione? Aut quomodo vocemur filii, ut qui accepimus in nobis Verbum Dei, si non est naturaliter Filius Patris? At si est Filius naturaliter, quomodo sit creatura, cum fieri non possit ut quod ex aliquo genitum est, genitoris naturam non referat?

ALIUD.

« Quia, inquit, lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est. » Si Filius non est Deus secundum naturam, adoptivus itaque est et non verus. Cæterum, cum sit veritas et veritatis operator, quomodo non sit verus? Naturalis itaque Deus est. At si naturalis, quomodo sit factus?

ALIUD.

« Ecce, inquit, Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. » Beatus propheta Isaias alicubi ad totius universi Dominum ita ait: « Quis Deus sicut tu, qui tollis iniquitates, et præteris injustitias? » Cum igitur Deo hoc ascribatur, Christus autem sit qui tollit peccata mundi, quomodo non sit Deus? At si Deus, non ergo creatura est.

ALIUD.

« Postridie, inquit, voluit Jesus exire in Galilæam, et invenit Philippum, et dixit ei: Sequere me. » Salvator in his Philippum discipulum declarat. Animadvertite autem ante etiam in hoc testimonio præclara ratio subsit, persuadens Filium natura sua Deum esse. Cum multi quotidie ad Salvatorem confluerent, atque innumera turba ad discipulos concurreret, sublati oculis ita ad discipulos dixit Salvator: « Messis quidem multa, operarii vero pauci. Rogate igitur Dominum messis, ut multos in messem suam operarios immittat; » messem nihil aliud appellans quam qui per fidem in ipsum, instar spicarum, germinarent ad pietatem. Horum vero quisnam sit Dominus, nisi totius universi Deus? Cui etiam Paulus ut per poenitentiam copulenter hæredes hortatur dicens: « Rogamus pro Christo, reconciliamini Deo. » Cum igitur solus Deus sit Dominus messis, utpote omnium Dominus et creator, ipsi etiam operariorum designationem conve-

¹¹ Joan. 1, 17. ¹² ibid. 29. ¹³ Isa. XLII, 25. ¹⁴ Joan. 1, 45. ¹⁵ Luc. x, 2. ¹⁶ II Cor. v, 20.

nire inquit Salvator, sed postea ipsemet hoc sua auctoritate facit. Jubet enim Philippo ut sequatur se. Deus itaque verus est, ut Dominus messis nimirum reipsa declaratus.

ALIUD.

« Tollite, inquit, ista hinc, et nolite **317** facere domum Patris mei, domum mercatus ⁶⁶. » Si Filius est creatura, ergo etiam per gratiam id consecutus est quod vocetur Deus, et Filii nomen per adoptionem illi inditum est, sicut et reliquis rationalibus creaturis, quibus non ipsa natura eam dignitatem indidit, sed gratia et beneficium ejus qui dixit: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes ⁶⁷. » Si ergo non est essentialiter Filius, frater itaque est eorum qui per adoptionem filii Dei sunt. Quomodo igitur (dixerit merito aliquis), cum nihil habeat, quantum ad Filii dignitatem attinet, amplius quam nos, Patrem qui omnibus communis est, sibi soli arrogat, dicens: « Nolite facere domum Patris mei? » Oportebat enim illum, cum sit justus et bonus, ita potius negotiatoribus dicere: Nolite facere domum Patris vestri, domum mercatus. Atqui hoc non dixit, sed magna auctoritate sibi soli Patri nomen vindicat. Norat itaque se proprie ac naturaliter Filium esse, ad cujus imitationem nos a Deo ita vocati sumus. Qui vero ita natura sua est Filius, quomodo sit creatus?

ALIUD.

« Quod signum, inquit, nobis ostendis, quod hæc facis? Respondit Jesus, et dixit eis: Solvite templum hoc, et in tribus diebus suscitabo ipsum ⁶⁸. » Quod vero Christus corpus suum templum appellet, præ evangelista nobis declarat dicens: « Ille autem dicebat de templo corporis sui ⁶⁹. » Quando autem surrexit e mortuis, recordati sunt discipuli, quod hoc erat templum de quo dixerat eis. Atqui templum vere ac proprie dici non possit, non inhabitante in ipso Deo. Quemadmodum neque in nobis nemo vocaverit corpus templum habitantis in eo animæ: templa vero tum demum vocamur, quando per fidem in Christum Spiritus sanctus in nobis habitat. Christi vero corpus merito ac vere est templum. Nam in ipso inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ut Paulus inquit ⁷⁰, Deus nimirum Verbum incarnatum. Quomodo igitur sit creatus, qui templum effecit, ut vere Deus, corpus quod inhabitavit?

ALIUD.

« Cum autem, inquit, esset in Jerusalem in feste Paschæ, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat. Ipse vero Jesus non credidit seipsum eis, quia ipse omnes cognoscebat, nec indigebat ut aliquis testaretur de homine: ipse enim

Δεσπότης και ποιητής, αὐτῷ δὲ προσήκειν μόνῃ καὶ τὴν τῶν ἐργατῶν ἀνάδειξιν ἐφησεν ὁ Σωτὴρ· εἶτα τοῦτο ποιήσας αὐτὸς ἐξ οἰκείας αὐθεντίας ὁρᾶται ἀκολουθεῖν γὰρ αὐτῷ κελσῦει τὸν Φίλιππον. Θεὸς ἄρα ἐστὶν ἀληθινός, ἀτε δὴ καὶ τοῦ θεοῖσι τοῦ Κυρίου δι' αὐτοῦ καταληφθεὶς τοῦ πράγματος.

ΑΛΛΟ.

genitorem, naturam Filii tollent funditus, qui non citra generationem esse nactus est, sed est et existit ex Patre, juxta fidem sacrarum Litterarum. Quod si naturam non habens generativam revera Deus ac Pater voluntate motus est ad hoc ut posset generare, utique dicendum erit suam ipsum forte naturam generativam fecisse ac reddidisse, et in quod non erat adduxisse, adeoque seipso antiquior jure censebitur, si cum esset ac subsisteret, voluisset esse id quod est, nimirum Pater. Sed in mentem ab undas projiciantur isthæc, intolerabili proorsu absurditate plenissima. Nos autem, rectam doctrinam sequentes, asserimus supervacaneum et stultum esse, putare Patrem esse genitorem, citra voluntatem aut ex voluntate, sed natura potius ac substantialiter. Neque enim præter voluntatem est id quod est naturaliter, 457 cum velle esse id quod est ejus naturam comitetur.

B. Ita rem esse ego quoque arbitror.

A. Ad hæc, alterius absurditatis periculum ipsis imminet, quod dicendum putant in Deo ac Patre antiquiorem esse Filio voluntatem. Dispiciendum enim est, si placet, utrum nunc tandem Deus ac Pater rem suæ dignitati consentaneam sortitus sit quod genuit, an generandi vi carere magis ei congruum reperiamus. Si ergo quoniam genuit, naturæ suæ dignitati nihil decessurum est, quidni erubescunt miseri ei affligentes ex infecunditate defectum aliquem? Sin autem ei satius et congruentius erat non genuisse, quæ causa fuit cur generaret, deteriori loco futurus, si generatio ei accidisset? Quamobrem et a recta ratione excidit, et rem in se ultro suscepti suæ gloriæ et naturæ damnosam, et nova quædam, ut videtur, atque insolens accusatio contra ineffabilem Patris voluntatem repullulavit. Nunquid ergo hæc omni vomitu fœdiora sunt, et ad summum impietatis et malitiæ culmen pertinent?

B. Omnino.

A. Age itaque, procul his relictis, ad illud convertamur.

B. Quodnam?

A. Nimirum rectam præ omnibus de Deo sententiam animis nostris suscipiendam, cogitando Filii generationem nihil præcedere, neque vero Genitoris voluntatem prius ortam esse Filii existentia, sed simul fuisse Patrem Deum, et Patrem esse voluisse: non enim invitus est id quod est, nec volendi necessitatem in hoc sustinet, quemadmodum etiam, verbi gratia, si sanctus ac bonus concipiatur. Simul enim et substantialiter est sanctus ac bonus, et vult esse id quod est, nec aliter rem esse in Deo cogitandum est. Simul enim est Deus, ac simul Pater, generationem non habens substantia posteriorem, sed simul Pater est, et subsistit, et intelligitur. At qui tali præditus est natura, utique fatendum est ei coexistere ab æterno rem genitam, id est Filium.

A γεννήτορα, ἀναιρησούσιν εισάπαξ τὴν ὑπαρξιν τοῦ Υἱοῦ, οὐκ ἀγεννήτως τὸ εἶναι λαχόντος, ἀλλ' ὄντος τε καὶ ὑφ'εστηκότος ἐκ Πατρὸς, κατὰ γὰρ τὴν πίστιν τῶν ἱερῶν Γραμμάτων. Εἰ δὲ φύσιν οὐκ ἔχων τὴν γεννητικὴν ἀληθῶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, βουλῆσει κεκίνηται πρὸς τὸ δύνασθαι γεννᾶν, ὥρα λέγειν ἤδη πως, ὡς αὐτὸς που τάχα τὴν ἰδίαν ἐργασται φύσιν γεννητικὴν ἀποφῆνας, καὶ εἰς ὅπερ οὐκ ἦν ἐνεγκῶν, καὶ δὴ νοοῖτ' ἀν εἰκότως καὶ ἑαυτοῦ πρεσβύτερος, εἰ γὰρ ὢν καὶ ὑφ'εστηκὼς, ὅπερ ἐστὶν εἶναι βεβούληται, φημί δὲ Πατὴρ. Ἄλλ' εἰς ἕρος μὲν ἐβρίθωα καὶ κύμα ταυτὶ, φορητὴν οὐκ ἔτι νοσοῦντα τὴν ἀτοπίαν. Ἡμεῖς δὲ τοῖς ἐξ ὀρθότητος ἐπόμμενοι λογισμοῖς, φημὲν, ὅτι περὶ τῶν ἀν εἰη καὶ ἀμαθῆς τὸ γοῦν ἀνεθελήτως ἢ θελητῶς, γεννήτορα ὑπάρχειν οἴεσθαι τὸν Πατέρα, φύσει δὲ μᾶλλον καὶ οὐσιωδῶς. Ἔστι γὰρ οὐκ ἀνεθελήτως ἃ ἐστὶ φυσικῶς, σύνδρομον ἔχων τῇ φύσει τῆν θέλησιν τοῦ εἶναι ἃ ἐστὶν.

B. Ὅδὲ ταῦτ' ἔχειν καὶ αὐτῷ μοι δοκεῖ.

A. Καὶ πρὸς γὰρ δὴ τούτοις, κατακινδυνεύουσιεν ἂν καὶ εἰς ἐτέραν αὐτοῖς ἀτοπίαν, τὸ δὲ χρῆναι λέγειν ἐπὶ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πρεσβυτέραν οἴεσθαι τοῦ τόκου τὴν θέλησιν. Διασκεπτέον γὰρ, εἰ δοκεῖ, πότερόν ποτε νυνὶ δὴ καὶ μόλις ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν τοῖς αὐτῷ πρέπουσιν ἐστὶν ὅτι γεγέννηκεν, ἢ πρεπωδεστέρα ἀὐτῷ τὴν ἀγεννησίαν εὐρήσομεν. Εἰ μὲν οὖν ὅτι γεγέννηκε τὸ τῇ ἰδίᾳ φύσει πρέπον οὐκ ἐξοιχῆσεται, τί τὸ ἐκ τῆς ἀγεννησίας αὐτῷ προσνέμοντες ἀκαλλῆς, οὐκ ἐρυθριῶσιν οἱ τάλανες; εἰ δὲ ἦν ὅτι μὴ τέτοκεν, ἐν ἀμεινοσι καὶ ἐν τοῖς πρεπωδεστέροις, τί πρὸς τὸ γεννᾶν ἐκάλει τὸ ἐν χεῖροσι που πάντως ἐσόμενον, εἰ πείσαιο τὸ γεννᾶν; Οὐκοῦν διημάρτηκε καὶ λογισμοῦ τοῦ πρέποντος, καὶ εἰσὸδέκεται θελητῶς τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν, καὶ τοῦτο, τὴν αὐτοῦ δόξαν τε καὶ φύσιν, καὶ ξένη τις ὡς ἔοικεν ἀνεφύ γραφῆ κατὰ τῆς ἀρρήτου βουλῆς τοῦ Πατρὸς. Ἄρ' οὖν οὐχὶ παντὸς μὲν ἐμέτου ταυτὶ βδελυρώτερα, παντὸς δὲ εἰς λῆξιν ἦγοντα κακοῦ δυσσεβείας τε ὁμοῦ τῆς ἀγαν εἰς ὑπερβολὴν ἰγμένα;

B. Ναί.

A. Φέρε δὴ οὖν, ταυτὶ μεθέντες ὡς πῶροτάτω, πρὸς ἐκεῖνο ἴωμεν.

B. Τὸ ποῖόν τι φῆς;

A. Τὸ χρῆναι φημι τὴν ἀπασῶν ἀρίστην περὶ Θεοῦ δόξαν, ταῖς ἰδίαις ἡμᾶς ἐγκατάκλειειν ψυχαῖς, ἐννοοῦντας, ὅτι τῆς τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως, προηγῆσεται μὲν οὐδὲν, οὔτε μὴν προανατελεῖ τοῦ γεγεννηκότος ἢ θέλησις, τῆς τοῦ γεννηθέντος ὑπάρξεως, ἦν δὲ ἅμα Πατὴρ ὁ Θεὸς, καὶ θελητῆς τοῦ εἶναι Πατὴρ ἔστι γὰρ οὐκ ἀνεθελήτως ὃ ἐστὶν, οὐκ ἀναγκασίαν ὑπομένων ἐν γὰρ τούτῳ τὴν θελησιν, καθάπερ ἀμειλί καὶ εἰ νοοῖτο τυχόν, ἄγιός τε καὶ ἀγαθός. Ἄμα γὰρ καὶ οὐσιωδῶς, ἄγιός τε ἐστὶ καὶ ἀγαθός, καὶ θελητῆς τοῦ εἶναι ἃ ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐτέρως ἔχειν ὑποποτητέον ἐπὶ Θεοῦ. Ἄμα γὰρ ἐστὶ Θεός, καὶ ἅμα Πατὴρ, οὐκ ὑστερίζουσιν ἔχων τοῦ εἶναι τὴν γέννησιν, ἀλλ' ὁμοῦ τῷ εἶναι Πατὴρ, καὶ ὑφ'εστῶς καὶ νοούμενος. Τῷ γὰρ μὴ ὡδε φύσει ἔχοντι, πάντως που δοτέον συνωφ'εστηκὸς ἀνάγκως, τὸ γεννηθῆν, τουτέστι τὸν Υἱόν.

B. 'Αλλ', εἰ βούλει, φασί, ὧδέ πη καὶ τότε ἐχέτω, A καὶ νοεῖσθω συνυπάρχειν. Ἦν γὰρ αἰεὶ δυνάμει Πατὴρ ὁ Θεός, ψιλῆ δὴ οὖν ἀρα θεωρεῖα ληπτὸς, καὶ μόνη τοῦ εἶναι δοκῆσαι, πρὸ τῆς γεννήσεως ὁ Υἱός, γεγέννηται δὲ μετὰ τοῦτο.

A. Οὐκοῦν, ἀληθῆς μὲν τέως καὶ ἐκ Πατρὸς ἀληθῶς ὁμολογεῖσθω λοιπὸν ἡ γέννησις. Ὁ γὰρ εἶναι πεφυκῶς δυνάμει τε καὶ ἐνεργείᾳ Πατὴρ, οὐ θέλησιν ἔχει τὸ ἐπ' ἀμφοῖν βραβεύουσαν, φύσεως δὲ μᾶλλον ἔψεται νόμοις, ἥς ἂν νοοῖτο καὶ τὸ τεκεῖν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὀφείλου του γένοιτο Πατὴρ· εἴπερ αἰεὶ τὸ γεννώμενον ὁμοφυῆς εἶναι τῷ γεννῶντι δεῖξαι. Ὅτι δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Πατρὶ, τὸν ἐκ τοῦ τετράρθρου δυσκλεῖα προσάπτουσι μῶμον, καίτοι τῆς θέλας λεγούσης Γραφῆς· « Παρ' ἧ οὐκ ἔστι παραλλαγή, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, » κἀν τρυβῆν εἰσοίτο. Τί γὰρ δὴ τοῦτό ἐστι, ὧ' τᾶν, ἢ τροπῆ, καὶ παχεῖα τις ὡσπερ ἐξαλλαγή, τὸ ἐκ τοῦ δυνάμει φημι μεταχωρεῖν εἰς ἐνεργεῖαν; Τὸ μὲν γὰρ εἶναι τι δυνάμει τῆ κατὰ φύσιν ὑπειλημμένον, μὴ μὴν ἤδη τοῦτο ἐνεργείᾳ δεχθὲν, ἔστηκεν ἐν τῇ δυνάμει τέως, εἰσδεδεγμένον μὲν οὐπω τὴν εἰς ἐνεργεῖαν κίνησιν, ἐμφιλοχωροῦν δὲ ἐστὶ, τῷ ἐν ἀρχαῖς τε καὶ πρώτῳ. Εἰ δὲ εἰσδέξαιτο τυχὸν τὴν εἰς ἐνεργεῖαν κίνησιν, μεταφοιτήσκειν ἂν εἰκότως ἐφ' ἕτερον, οἶμαι, τὶ παρ' ὅπερ ἦν ἐν ἀρχαῖς, εἴπερ οὐχ ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀπονέμουσι τόπον, τῷ τε κατὰ δύναμιν, καὶ τῷ κατ' ἐνεργεῖαν.

B. Οὐκ οἶμαι.

A. Εἰ μὲν οὖν εἶναι φασὶ τὸ διστῶν οὐδὲν, ἀλλ' οἰσοῦσι τε ὁμόσε καὶ εἰς ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐγκαθιδρύσαιτο τόπον, ἐνεργείᾳ Πατὴρ, καὶ ἀνάρχως ἦν ὁ Θεός. Ἀπειρῆει γὰρ ἐστὶ τοῦτο λέγειν οὐδὲν, εἰς ταυτὸν ἡμῖν ἰγμένον τοῦ τε κατὰ δύναμιν, καὶ τοῦ κατ' ἐνεργεῖαν. Εἰ δὲ ἥκιστα μὲν ὧδι, διεστήξει γε μὴν ἀλλήλοις, καὶ οὐ μετρίᾳ διαφορᾷ, πῶς οὐ παραήλλακται τὰ Θεοῦ, στάσιν μὲν οὐκέτι τὴν ἐν τῷ κατὰ δύναμιν ἀποσώζοντα, πεπονθότα δὲ ὡσπερ τὴν εἰς ἐνεργεῖαν κίνησιν;

B. Ἐφης μὲν εἰκότα, πλὴν οἶμαι πού κάκεινο εἰς νοῦν τοῖς δι' ἐναντίας ἐλθεῖν, καὶ μὴν καὶ ἐλέσθαι λέγειν. Ἄρ' οὖν, ἐπειδὴ περ αἰεὶ μὲν ἔστι κατὰ φύσιν, καὶ ἀνάρχως δημιουργὸς ὁ Πατὴρ, εἰργασταί γε μὴν οὐκ ἀχρόνως τὰ πεποιημένα· οὐ γὰρ συναῖδιον ἔχει τὴν κτίσιν [α. ὕλην], ἀλλ' ἐν καιρῷ παρεκόμισεν ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὴν, κεινῆσθαι δώσομεν, καὶ τροπῆς ἀποσκίασμα παθεῖν τὴν ἀτρεπτον αὐτοῦ φύσιν; εἴτα τίς ὁ τοῦτο φάναι τολμῶν; Οὐκοῦν εἰ προήκοι, φησὶ, καὶ ἐπὶ τὸ λέγεσθαι γεννᾶν ἐκ τοῦ κατὰ δύναμιν εἰς ἐνεργεῖαν, οὐ τροπῆ τὸ γῆρμα, καὶ κίνησις εἰς μεταβολὴν, ἀλλὰ φύσεως μᾶλλον ἐπιτηδείότης, ἐχούσης ὧδε περὶ τὴν γέννησιν.

A. Ὡς εὐκόλος σοι πρὸς ἐλαφρίαν ὁ νοῦς, εἴπερ τι τῶν ἀναγκαίων ἐντεθυμῆσθαι δοκεῖς τοὺς διστραμμένους. Ἐκθασασιστέον γὰρ ὅτι μάλιστα γε, τὸν τῆς ἐπ' ἀμφοῖν κινήσεως τρόπον, καὶ τί τὸ μεσολαβοῦν, καὶ τὴν μεταξὺ κειμένην ἐμφανίζον διαφορὰν, εἴση τε οὐτω λοιπὸν τῆς ἐκείνων ἀμαθίας τὸν γραῶδη λό-

B. Sed esto, si ita vis, inquirunt, et coexistere censeatur Patri Filius. Erat enim semper virtute Pater Deus: nuda igitur erat notione comprehensibilis, et sola imaginatione ante generationem Filius, genitus autem est postea.

A. Itaque vera demum et ex Patre vera constabit esse generationem. Cujus enim natura postulat ut sit virtute et actu Pater, a voluntate neutrum accipit, sed naturæ leges sequitur potius, cujus est gignere: sed neque alienæ rei Pater fuerit, siquidem id quod gignitur, ejusdem esse naturæ cum genitore oportebit. Quod autem ipsi quoque Patri sædam notam, quasi mutatus sit, assignant, licet Scriptura sacra dicat: « Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio », hinc patebit. Quid enim aliud istud est, quæso, a potentia ad actum migrare, quam mutatio, et crassa veluti quædam vicissitudo? Quod enim putatur aliquid esse potentia naturali, necdum tamen istud actu suscepit, eatenus stat in potentia, cum nondum acceperit motum ad actum, sed in principio suo et primario illo adhuc moretur. Quod si forte motum ad actum suscepit, ad aliud quiddam transibit quam id quod erat in principio, siquidem non unum et eundem locum tribuunt ei quod est potentia, et ei quod est actu.

B. Non existimo.

A. Si ergo nullum esse discrimen aiunt, sed in unum eundemque locum conferent ac collocabunt, actu Pater et absque principio erat Deus. Nihil enim jam prohibebit quominus hoc dicamus, si id quod est virtute, et quod actu, in idem coierint. Quod si non ita est, sed invicem distant, neque parvo discrimine, quomodo res divinæ mutationem non ceperunt, cum in eo quod est potentia, jam non consistant, sed motum ad actum quolanimodo sustinuerint?

B. Probabilia quidem sunt quæ dicis: verumtamen istud opinor in mentem venire adversariis, atque ita nos compellare: An, cum semper sit secundum naturam et absque principio creator Pater, adeoque non absque tempore fecerit creaturas (non enim ei cœterna est creatura, sed eam in tempore eduxit e nihilo), mutatam concedemus, et conversionis obumbrationem passam esse immutabilem ejus naturam? At quis hoc dicere audeat? Quamobrem licet eo progrediatur, inquirunt, ut generare dicatur a potentia ad actum, non conversio istud est, ac motus in mutationem, sed aptitudo naturæ potius quæ hunc in modum comparata est ad generationem.

A. Quam proxime ad levitatem accedis, si quod operæ pretium ab hæreticis excogitatum putas. Inquirenda enim est imprimis in utroque motus ratio, et quid intercedat, quidve discriminis sit inter illa, ac sic demum intelliges quæ sint impeditorum istiusmodi aniles unguæ. Quod enim ex se

¹¹ Jac. 1, 17.

aliquid genuisse dicitur, et ex eo quod erat potentia processit ad actum, velut in sua natura motum est. Non enim in aliis, sed in ipso patitur motum istum actus. Quod autem ab aliquo non agendo ad operandum transit, non in seipso motum, sed in aliis cum habere tum etiam facere experiemus.

B. Gratium mihi non minus quam antea feceris, si rem nobis clarius exponas.

A. Agedum ergo proferamus nominis exemplum. Generandi enim vi præditus est secundum naturam, eumque potentia id habeat initio, in tempore quoque ad actum procedit. Habens autem non absque arte scientiam, sed potius innatam substantialiter artificiosæ cuiusvis rei faciendæ potentiam, navem quidem fabricatur onerariam, et signa fingit ex ære, aut aliud simile quidpiam efficit. An igitur eadem ratione motus tibi videtur is, qui ut Pater esset ex potentia deductus est ad actum, et qui ad ea præstanda quæ sunt artis eodem venit?

B. Neutiquam id ego censuerim. Hic enim in seipso motus non est, sed scientiæ et artis suæ potius erga res externas specimen edit. Ille vero substantialiter in seipso quodammodo movetur, et mutationem quandam et conversionem circa ipsam nostram naturam efficit, aut certe naturæ quæ in quovis est actum et potentiam.

A. Enimvero istud est quod dicebam modo, mutationis discrimen in utroque sane diligenter considerandum esse. Nihil igitur est quod necessario nos adiget ut dicamus Dei naturam mutatam esse, aut motum passam in ulla re quæ substantialiter in ea sit, quod tempore ad condendum processerit; sed in substantia motum ipsum patietur, si ab generandi potentia ad generandi actum nescio quomodo fuerit adducta.

B. Bene habet.

A. Quinetiam alio modo (nam sagaces canes imitandos illis arbitror qui veritatem indagare volunt) videre licet infirmam et insulsam adversariorum esse rationem. Divinum quippe et altissimum genimen nulla plane ratio **460** vetuerit quominus Creatori suo coexistat, cum semper et ab æterno Pater intelligatur et sit Deus. Cum autem creatura sit virtutis conditricis actus, quomodo aut unde coexistendi Deo et ab æterno existendi gloriam habebit? nam nec absque principio est in tempore, et ex nihilo ad esse movetur. Annon necessariam esse dicis creatricem naturam prius omnino intelligi ac prius existere omnibus rebus creatis? φης, προκεινωσθαι τε και προυφισταίαι πάντη τε καλουμένου πρὸς ὑπαρξιν δημιουργικῶς;

B. Assentior.

A. Igitur, nondum quidem creaturaeducta fuerat in ortum: erat tamen etiam tum creator Deus, neque quod esset opifex, idcirco erat Pater, sed quoniam genuit: Filius autem, quoniam genitus est. Cum ergo necessarium non sit coexistere

A γον. Τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ τι τεκεῖν λεγόμενον, καὶ ἐκ τοῦ κατὰ δύναμιν προβεβηκὸς εἰς ἐνέργειαν, ὡς ἐν ἰδίᾳ φύσει σεσάλευται. Πάθοι γὰρ ἂν οὐκ ἐφ' ἐτέροις τισίν, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῷ, τὴν κατ' ἐνέργειαν κίνησιν. Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ τι μὴ δρᾶν, ἐπὶ τὸ δεῖν ἐργάζεσθαι παρελθὼν, οὐκ ἐφ' ἑαυτῷ τὴν κίνησιν, ἀλλ' ἐφ' ἐτέροις ἔχον τε καὶ ποιῶν εὐρήσομεν.

B. Ὁνήσης ἂν οὐχ ἦττον ἢ πάλαι, σαφεστέρην ἡμῖν ποιούμενος τὴν ἀφήγησιν.

A. Οὐκοῦν φέρε λέγωμεν ὡς ἐπ' ἀνθρώπου τυχεῖν. Γεννητικὸς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν, καὶ δυνάμει τοῦτο ὦν ἐν ἀρχαῖς, πάρεισιν ἐν χρόνῳ καὶ εἰς ἐνέργειαν. Οὐκ ἀνεπιτήδευτον δὲ τὴν σοφίαν ἔχων, ἐμπεφυκὸς δὲ μᾶλλον οὐσιωδῶς, τὸ καὶ δύνασθαι τι δρᾶν τῶν ἐξ ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἀνθρωποπροποῦς, ναυπηγεῖται μὲν ὀκάδα, χαλκῶν δὲ ἐκτυπωμάτων ἰδέας διαμνησοί, ἢ γοῦν ἑτερόν τι τῶν ὁμοίων ἐργάζεται. Ἄρ' οὖν ἐν ἴσῳ τρόπῳ τε καὶ λόγῳ κεινησθαι σοι δοκεῖ, καὶ εἰς τὸ εἶναι Πατὴρ κατ' ἐνέργειαν ἐκ τοῦ κατὰ δύναμιν παρενηνεγμένος, καὶ εἰς τὸ εἶναι δημιουργὸς τῶν, ὅσα ἐστὶν ἐκ τέχνης, ἀναφοιτῶν

B. Οὐκ ἂν οἰηθείην πώποτε. Ὁ μὲν γὰρ, οὐκ ἐφ' ἑαυτῷ κεινηται, τῆς ἐνούσης δὲ μᾶλλον ἐπιστήμης αὐτῷ τὴν ἐκφανσιν περὶ τὰ ἔξω ποιεῖται. Ὁ δὲ ἐστίν, οὐσιωδῶς ἐφ' ἑαυτῷ οἶονεῖ κινούμενος, καὶ μεταστάσιν τινα καὶ τροπὴν περὶ αὐτὴν ἡμῶν ἐργάζεται τὴν φύσιν, ἥτοι τῆς φύσεως τὴν ἐφ' ὅτι οὖν ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν.

A. Καὶ μὴν τοῦτό γέ ἐστιν ὅπερ ἔλεγον ἀρτίως, τὴν τοῦ κεινησθαι διαφορὰν ἀνασκοπεῖσθαι δὴ ἐπ' ἀμφοῖν ἐθέλων. Οὐδὲν οὖν ἄρα τὸ ὡς ἐξ ἀνάγκης ὠθοῦν, τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν κεινησθαι λέγειν, καὶ τὸν κλόνον ὑπομείναι περὶ τι τῶν ἦντων οὐσιωδῶς, εἰ προήκοι κατὰ χρόνους ἐπὶ τὸ χρῆναι δημιουργεῖν, πάθου δ' ἂν εἰς οὐσίαν αὐτὴν τὴν κίνησιν, ἐκ τοῦ κατὰ δύναμιν εἰς ἐνέργειαν τοῦ γεννᾶν οὐκ οἶδ' ὅπως παρενηνεγμένος.

B. Ὁρθῶς ἔχει.

A. Καὶ ἐτέρως δέ· χρῆναι γὰρ οἶμαι τὰς ἄγαν εὐρινοτάτας ἀπομιμῆσθαι τῶν κυνῶν, τοὺς οἵπερ ἂν ἔλοιτο τὰ ἐκ τῆς ἀληθείας φιλοθηρεῖν εὐρήματα· κατῖδοι τις ἂν, ἀδρανῆ τε καὶ ἀκορμῶν τῶν διεναντίας τὸν λόγον. Τὸ μὲν γὰρ θεῖόν τε καὶ ὑπερκόσμιον γέννημα, ἀπειρξείεν ἂν οἶμαι παντελῶς οὐδὲν τῶν εἰς ἀναγκαίους ἡκόντων λόγους, τῷ ἰδίῳ συνυφεστάται γεννήτορι, ἀεὶ καὶ ἀνάρχως Πατρὸς νοουμένου τε καὶ ὄντος Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ ἐστὶν ἡ κτίσις εὐσθενείας ἐνέργημα δημιουργικῆς, πῶς καὶ πόθεν ἂν ἔχοι τὴ συνυφεστάται θεῷ, καὶ τοῦ αἰδῖως εἶναι τὴν δόξαν; ἐπεὶ, μῆτε ἀναρχος ἐν χρόνῳ, καὶ τὴν εἰς τὸ εἶναι κίνησιν ἐξ οὐκ ὄντων ἔχει. Ἡ οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι καὶ πάντως τὴν δημιουργοῦσαν φύσιν, παντὸς τοῦ

B. Ναί, φημί.

A. Οὐκοῦν, οὕτω μὲν ἡ κτίσις παρήκτο πρὸς γένεσιν, ἣν δὲ καὶ τότε δημιουργὸς ὁ Θεός, καὶ οὐχ ὅτι δημιουργός, ταύτη τοι Πατὴρ, ἀλλ' ὅτι γεγέννηκεν· Ἰδὸς δὲ, ὅτι γεγέννηται. Ὅτε τοίνυν, εἰς μὲν τὸ δημιουργός· τε καὶ κτίσις, τὸ συνυπάρχειν οὐκ ἀναγα-

καλον, ἀπαραίτητον δὲ τὴν συνύπαρξιν τὸ τῶν ἐν-
 σοῦν ἀκριβὲς εἰσκομισαίεν ἂν ἐπὶ Θεοῦ, κἀν εἴτε Πα-
 τὴρ, εἴτε Υἱὸς ὀνομάζοιτο, πῶς ἂν προανίσχοι τὸ ἐν
 καὶ προαναφανοῖτο πῶς θατέρου θάτερον, εἴπερ
 ἐστὶν ὃ ἐστὶν ἐκάτερον, ἐν τῷ νοεῖσθαι συνυπάρχοντα,
 καὶ οὐχὶ τῆς εἰς ἄλληλα συνδρομῆς τητώμενα; Πατὴρ
 γὰρ, ὡς πρὸς Υἱὸν, καὶ τὸ ἑμπαλιν. Μῶν ἐκδεχιά-
 σθαι σοι δοκεῖ πρὸς τὸ οὐκ ἔχον ὀρθῶς ὁ λόγος;

B. Ἥκιστα γε.

A. Εἰ δὲ δὴ καὶ χρῆναι γεννῆν ἐξ ἑαυτοῦ καὶ Υἱοῦ
 τοῦ κατὰ φύσιν ὁρᾶσθαι Πατέρα, σοφὸν εἶναι τι καὶ
 παγκάλως ἔχον καταφαίνετο τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τίς ὁ
 ἐπὶ τὸ χρῆναι τεκεῖν ἢ πόθεν ἂν γένοιτο μελησιμός; τί
 τὸ ἐμποδῶν καὶ τὸ οὐπω δεῖν εἶναι Πατέρα τὸν Θεὸν
 χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως ἐκδυσωποῦν; Ἄνθρωποι
 μὲν γὰρ, αἰ μὲν ὅτι δυνάμει πατέρες, οὐ μὴν ἔτι καὶ
 ἐνεργείᾳ, οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανές· ἐναργῆς δὲ
 λίαν ἢ παρὰ πόδας κειμένη καὶ διακαλύουσα πρόφασις.
 Ἄφριγμένης γὰρ οὐπω πρὸς ἡδὴν τῆς τοῦ σώματος
 ἡλικίας, καταμύει πῶς ἔτι καὶ ἐνηρημαί τῇ φύσει,
 τὰ αὐτῆς, καὶ οἶονεῖ τὸν πρόποντα ταῖς εἰς ἐμφά-
 νειαν ἀναδείξεισι περιμένει καιρόν. Ἐπὶ δὲ γε Θεοῦ,
 τοῦ τελείως ἔχοντος αἰεὶ καὶ ὄντος ὃ ἐστὶν, οὐκ ἐξ
 ἐπιδόσεως τῆς ἐπὶ τι τῶν οὐπω προσπεφυκότων, καὶ
 τὴν ἐν χρόνῳ διάδειξιν ἀπαραίτητόν τε καὶ ἀναγκαίαν
 ἔχόντων, ἐκλάμποντος δὲ τῆς ἰδίας οὐσίας ἡμῖν τὸν
 Υἱὸν, καὶ ἐν τάξει χαρακτῆρος οὐσιωδῶς ἐμπεφυκός
 αὐτῷ τὸ ἴδιον ἔχοντος γέννημα, πῶς ἂν ἐπινοηθεῖη
 τὸ μὴ αἰεὶ τε καὶ ὁμοῦ τῷ εἶναι, τεκεῖν κατ' ἐνέρ-
 γειαν, ἐστάναι δὲ μᾶλλον ἐν τῷ κατὰ δύναμιν, καὶ
 οὐσιωδῆ παθεῖν τὴν κίνησιν, τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν ἐν
 ἀρχαῖς εἰσδεδεγμένον μετὰστασιν; Δυσσεθέσομεν δὲ
 οὐ μετρίως καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ταῖς τῶν
 διεναντίας ἀντιταπτώμεθα δόξαις. Οὐκίτι γὰρ ἴσται
 ποιητῆς αἰώνων ὁ Μονογενῆς, παραιοδεδυκότος οὐκ
 οἷδ' ὅπως τοῦ χρόνου, καὶ πρεσβυτέραν ἔχοντος τὴν
 ὑπόληψιν, τοῦ κατ' ἐνέργειαν λέγεσθαι γεννᾶν τὸν
 Πατέρα καὶ Θεόν· εἴπερ ἐξ ἀγεννησίας ἔτι, ταυ-
 ἔστιν, ἐκ τοῦ κατὰ δύναμιν, εἰς γέννησιν κατ' ἐνέρ-
 γειαν οὐκ ἀχρόνως προήκοι ἂν, καὶ εἰ βραχὺ κομιδῆ,
 καὶ ἀκαριαῖον νοοῖτο τὸ μεταξὺ. Εἶναι δὲ φημι πάν-
 ταισ χρόνῳ τε καὶ ἀκαλλῆς, ἥλιον μὲν οἶεσθαι καὶ πῦρ,
 οὐ ποτε μὲν ὅπερ εἶσιν οὐκ εἶναι τυχόν, ἀλλ' οὐδὲ
 στάσιν καὶ ἔδραν ἐσχηκέναι πώποτε, τὴν ἐν μόνῳ τῷ
 κατὰ δύναμιν νοουμένην, ἦκειν δὲ οὕτως εἰς ἐνέρ-
 γειαν, ὡς ἐν κινήσει τῇ κατὰ χρόνον καὶ φύσει, συμ-
 πεφυκότα δὲ μᾶλλον, καὶ τῇ τῆς γενέσεως ἀρχῇ συν-
 τρέχοντα τὰ ἐόντα λαχεῖν· Θεὸν δὲ σωμάτων μὴ
 ὑπερκεῖσθαι λέγειν, μήτε μὴ ὑπονοεῖν φύσεως ἰδίας
 ἂν αὐτῷ τε καὶ μόνῳ πρόποι.

A creatorem et creaturam, fieri autem non possit ut
 qui recte sentiunt in Deo coexistentiam negent,
 sive Pater seu Filius nominetur, quomodo unum
 prius oriatur, et alterum altero quodammodo prius
 apparebit, si utrumque est id quod est, in eo quod
 simul existere intelliguntur, et mutuo concursu
 non carere? Pater enim ad Filium refertur, et con-
 tra. Num ad id quod minus rectum est, detorta
 tibi videtur oratio?

B. Minime vero.

A. Jam si bonum ac præclarum esse visum est
 Deo ac Patri, gignere ex se, Patremque videri Fi-
 lii secundum naturam, quænam aut unde fuerit
 gignendi mora? quid impedièret dissuaserit uti-
 liter ac necessario. Deum nondum esse Patrem?
 B Homines enim semper esse potentia patres, non
 continuo tamen actu, nullus ignorat mortalium.
 Clara autem admodum et protrita causa est quæ
 id impediatur. Cum enim ad pubertatem corporis ætas
 nondum pervenerit, ipsa interim quodammodo re-
 conditur et quiescit in natura, et congruum tem-
 pus exspectat quo sese exserat. In Deo vero qui per-
 fecte semper se habet, et est id quod est non pro-
 gressu ad aliquid quod nondum insit, ac necessario
 prodatur in tempore, sed ex sua nobis substantia
 Filium profert instar luminis ac veluti characterem
 sibi substantialiter insatum suum genitem habet,
 quomodo intelligitur non semper et simul esse ac
 gignere secundum actum, sed in potentia consis-
 tere potius, et 461 substantialem mutationem pati,
 transeundo ad id quod initio non erat? At impietatis
 magno crimine obstringemur in Filium, nisi ad-
 versariorum sententiam retundamus. Non jam
 enim sæculorum conditor erit Unigenitus, cum tem-
 pus nescio quo pacto irrepserit, et antiquius credatur,
 quam generatio illa qua Deus ac Pater actu
 gignere dicitur, siquidem ex ingenerabilitate, hoc
 est, ex eo quod est potentia, ad generationem ac-
 tualem non absque tempore procedat, tametsi bre-
 ve admodum et momentaneum concipiatur illud
 intervallum. Ego vero turpe et indecorum proreus
 dico putare solem et ignem nunquam non esse id
 quod sunt, sed neque in solo potentie statu hæsisse,
 verum temporario motu ac natura ad actum venisse,
 imo et quæ congenita sunt et quæcunque sibi in-
 sunt ortus sui initio simul suscepisse: Deum autem
 asserere non præstare corporibus, adeoque non
 putare ipsum suæ quodammodo sequi naturæ leges
 in gignendo, in quantum ei soli congruit.

ὡσπερ ἐπεσθαι θεομοῖς ἐν γε τῷ χρῆναι τεκεῖν, ἥπερ

ΛΟΓΟΣ Γ.

Ὅτι Θεός ἀληθινός ὁ Υἱός, καθὼς καὶ ὁ Πατήρ.

DIALOGUS III.

Quod Deus verus sit Filius, quemadmodum et Pater.

A. Equidem sat scio, Hermia, tuo quoque iudicio, optimum esse clarere studio virtutis, et pietatis sermonibus potissimum oblectari, cujusmodi sunt divini illi. Ideoque sacra Scriptura dicit: « Et loqueris in eis, sedens in domo, et ambulans in via, et dormiens, et surgens ¹². » In lingua quippe nos jugiter habere divinos sermones non parum conducit, nec alios magis decent quam quibus pietas curæ est.

B. Equidem assentior: nec enim quidquam est hoc præstabilius. Cum autem satis abunde hactenus de **462** divina et ineffabili generatione disseruerimus, probaverimusque non aliunde quidem prodidisse, sed ex ipsa Dei ac Patris substantia nobis illuxisse Filium (ita enim esse patuit), quid jam adversarios adigit, ut putent unum quidem esse Deum Patrem naturalem ac verum, eique annumerandum prorsus neminem, sed ipsam una cum aliis procul a vera deitate unius ac veri Filii ablegandam naturam?

A. Quid adigat, quandoquidem rogas de iis qui sic statuunt, hoc ego dixerim: « Ex vite Sodomorum, vitis eorum, et palmes eorum ex Gomorrhæ. Uva eorum, uva felis, botrus amaritudinis vinum illis ¹⁴. » Commentis enim suis nescio undenam depromptis inebriati, quodammodo de malo thesauro cordis sui eructant mala. Qui cum blasphemias suis effrenatam in Filium linguam emittant, et eodem quo Pharisæi laborent impietatis flagitio, audiant cum ipsis: « Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali ¹⁵? » Atqui decebat certe animo erecto et tam sanctis atque arcane disceptationibus intento nequaquam putare opinionem suam omni prorsus reprehensione vacare, sed quoquo versus interiorem et occultant aciem circumferre, et longe lateque decursis infinitis rationibus ab iis procul fugere quæ sunt ex levitate conflatae, probatoque diligenter quid conducat, et recta ratiocinatione ac sincera doctrina ad comprehensionem dirigentibus, solis veritatis dogmatis insistere. Stupidi enim est, opinor, ac deliri dicere Deum quidem non esse naturalem ac verum illum Filium a

A. Ἀριστον μὲν, ὦ Ἑρμεία, φαίης ἂν οἶδ' ὅτι καὶ αὐτός που τάχα, τοῖς εἰς ἀρετὴν σπουδάσασιν ἐναγλαΐζεσθαι δεῖν, ἐμφιλοχωρεῖν δὲ μάλιστα τοῖς εἰς εὐτέθειαν λόγοις, εἰεν δ' ἂν οὗτοι οἱ περὶ Θεοῦ. Τοιγάρτοι καὶ γράμμα φησὶν ἱερὸν· « Καὶ λαλήσεις ἐν αὐτοῖς, καθήμενος ἐν οἴκῳ, καὶ πορευόμενος ἐν ὁδῷ, κοιταζόμενος καὶ διανιστάμενος. » Τὸ γὰρ οἶμαι δεῖν ἀκαταλήκτως ἔχειν τὸν θεῖον ἡμᾶς ἐπὶ γλώττης λόγον, οὐκ ἀσυντελὲς εἰς ἄνησιν, καὶ οὐχ ἑτέροις ἂν πρέποι μᾶλλον, ἢ οἷς ἐν φροντίδι τὸ διαβιῶναι θεοφιλῶς.

B. Σύμφημι καγὼ· τοῦδε γὰρ ἀμεινον οὐδέν. Ἐπειδὴ δὲ ἀποχρώντως ἡμῖν εἰς γε τὸ παρὸν ὁ περὶ τῆς θείας τε καὶ ἀπορρήτου γεννήσεως ἐκθεασάμενισται λόγος, ὡς ἐξέφην μὲν ἐτέρωθεν σὺδαμῶς, ἐξ αὐτῆς δὲ ἡμῖν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀνελάμψεν ὁ Υἱός· ὧδε γὰρ ἔχων ἐφαινετο· τί τὸ ἀναπειθὸν ἐτι τοὺς διεναντίας, ἕνα μὲν ὑπάρχειν οἰεσθαι Θεὸν τὸν Πατέρα κατὰ φύσιν καὶ ἀληθινόν, συναριθμεῖν δὲ αὐτῷ μηδένα παντελῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ πόρρω που τῆς ἀληθοῦς θεότητος, τὴν τοῦ μόνου καὶ ἀληθῶς Υἱοῦ παρεθεῖσθαι φύσιν;

A. Τί τὸ ἀναπειθὸν, ἐπειπερ ἔρεσθαι σοι δοκεῖ, φαίην ἂν ἔγωγε περὶ τῶν ὧδε διεληφθῶτων, ὡς εἴην μὲν « Ἐξ ἀμπέλου Σοδόμων ἢ ἀμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματις αὐτῶν ἐκ Γομῶρρας. Ἡ σταφυλὴ αὐτῶν, σταφυλὴ χολῆς, βότρως πικρίας ὁ οἶνος αὐτοῖς. » Ἐκμεμεθυσμένοι γὰρ ὥσπερ τοῖς οὐκ οἶδ' ὄθεν ἐξευρημένοις ψευδηγορήμασιν, ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτῶν ἐρεῦγονται πονηρά. Ἀχάρινον δὲ ταῖς ἐφ' Υἱῷ δυσφημίαις ἀνέντες τὴν γλώτταν, καὶ ἀδελφὴν καὶ γείτονα τῆς τῶν Φαρισαίων ἀφιλοθείας νοσοῦντες ἀπόνοιαν, ἀκούοντων σὺν ἀκείνοις· « Γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λέγειν πονηροὶ ὄντες; » Καίτοι χρῆν δὴ που ταῖς οὕτω σεπταῖς τε καὶ ἀπορρήτοις ἐρεῦναις ἐνιέντας τὸν νοῦν, τὸ μὲν σφίσι δοκοῦν οὐχὶ δὴ που πάντως οἰεσθαι καλῶς καὶ ἀδιαβλήτως ἔχειν, ἐν κύκλῳ δὲ ὥσπερ τὸν ἔσω καὶ κεχυμένον περικομίζοντας ὀφθαλμόν, καὶ μυρίων ὄσων ἐννοιῶν διαθέοντας πλάτος, ἀποφοιτῆν μὲν ὡς ἀπτωτάτω τῶν ἐξ ἐλαφρίας συντεθειμένων, δοκιμάσαντας δὲ ἀκριβῶς τὸ τελοῦν εἰς ἄνησιν, καὶ τῆς εἰς εὐθὺ διαλήψεως, καὶ τοῦ ἀκραιφνῶς ἔχοντος λόγου ποδηγούτων εἰς κατάληψιν,

¹² Deut. vi, 7. ¹⁴ Deut. xxxii, 32. ¹⁵ Matth xii, 34.

ῖνοις ἐφιζῆσαι τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν. Ἀποπλη-
ξία γὰρ, οἶμαι, νοῦ καὶ παρακοπή, Θεὸν μὲν οὐκ εἶναι
λέγειν κατὰ φύσιν καὶ ἀληθινόν, τὸν ἐκ Θεοῦ πεφη-
νότα Υἱὸν, ὡς λόγον ἐκ νοῦ, ἢ ὡσπερ ἀνεῖη τοῦ φωτὸς
ἀπαύγασμα τυχόν, εἰκαλοῖς δὲ ὡσπερ ἐπινήχουσαι λο-
γισμοῖς, καὶ κισθῆλοισ ἐνοιῶν ἐπαυχεῖν εὐρήμασιν.
Ἡ γὰρ οὐκ ἀμεινον ἐξ εὐμαθοῦς διανοίας ἐκείνου
ἰδεῖν, ὡς ἐνθαπερ ἂν εἴη τὸ γεννᾶσθαι κατὰ φύσιν οὐ
διεφευγμένον ἐκεῖ πάντως δήπου καὶ τῶ γεννωμένῳ
πρὸς τὸ γεννῶν εἴη οὐ σχετικὴ μᾶλλον ἢ ψευδώνυμος
ἢ οικειότης, ἀλλὰ φυσικὴ; Ἐξ αὐτῆς γὰρ ἔσται τῆς
οὐσίας τοῦ τεκνότητος τὸ ἀληθῶς γεννώμενον. Πῶς ἂν
θεῖαν εἶναι Θεός, τὸ ἐκ Θεοῦ γεννηθέν;

B. Ναὶ καὶ αὐτὸν φαίεν ἂν ἰσως ὡς Θεός. τε εἴη
καὶ ἐκ Θεοῦ, πλὴν ἑτεροῶς καὶ παραλλαγμένως.

A. Οὐκ οὖν, τὸ μὲν ἑτεροῶς ὅ τι ποτ' ἐστὶ, συνήμι
μὲν οὐ σφόδρα ἐγώ, φράσαις δ' ἂν ἰσως αὐτὸς, εἴπερ
αἰσθᾶ που. Διαπεπισθαι γὰρ δὲ σε καὶ μάλα εἰκόσ.

B. Ἐπιθόμην. Θεὸν μὲν γὰρ εἶναι φασιν ἀληθινόν
τὸν Πατέρα, τὸν δὲ γε Υἱὸν, οὐχ ὥδε ἔχειν, καὶ εἰ
καλοῖτο Θεός, εἶναι δὲ καὶ ἐκ Θεοῦ. Καὶ γὰρ τοι φασί·
Καὶ τὰ πάντα ἐκ Θεοῦ.

A. Καὶ μὴν τοῦτο γέ ἐστιν ἀπρημφιασμένως ἀνα-
κκράγειν ὡς οὕτε Θεός ἐστιν ὁ Υἱός, ἀλλὰ καὶ ἐν
ἴσῳ τοῖς ἄλλοις ἐκ Θεοῦ, κατὰ τρόπον δὲ δηλονότι τὸν
δημιουργίας, παρῆχται δὲ οὖν εἰς γένεσιν, καὶ παρα-
κεχόμεναι πρὸς τὸ εἶναι, μὴ ὦν, καὶ κτίσει λοιπὸν
ὡς ἀδελφῆ συντετάζεται. Κατασκιασμάτων γὰρ ἤδη
τῶν ἐκ πανούργου τέχνης ἀπαμφιάσαι τὸν λόγον,
ἄριστον οἶμαι που καὶ σοφόν, ῥηματιοῖς δὲ τοῖς κε-
κομψυμένοις καταχρυσοῦν οὐκ ἔβην τὴν τοῦ Υἱοῦ
φύσιν τοὺς δι' ἐναντίας, οὐδὲν ἀληθές ἐπ' αὐτῷ δοξά-
ζοντας, διαβρῆθην δὲ μᾶλλον ἀναπέθειν εἰπεῖν, ὅπερ
εἶναι πιστεύουσιν. Ἄπας γὰρ οἶμαι που τῆς ἐκείνων
ἠλιθιότητος κατορχήσεται λόγος. Καὶ ὅτι μὲν τὸ ἐκ
Θεοῦ πεφηνῆναι τὸν Υἱὸν οὐχ ἑτερόν τι δηλοῦν ὑπο-
λάβοι τις ἂν, εἰ γε νοῦν ἔχει τὸν ἀπαράφθορον, ἢ ὅτι
γεγέννηται, καὶ ὡς αὐτῆς ἐξέφυ τῆς οὐσίας τοῦ Πα-
τρὸς, ὁ γείτων ἡμῶν καὶ πεπερασμένος ἀρτίως παρ-
έδειξε λόγος. Θατέρῳ γε μὴν τὸν ἐμβασανίζειν εἰδότα
καταθῆξε [γρ. καταθῆξαι] νοῦν, οἰήσομαι δεῖν.

B. Ὡς ἡδιστα γε δρώσης ἂν ἐπὶ τοῦτο παρορμώ-
μενος. Ὅ δὲ δὴ δεῖν ἐγνώκασι τοῖς παρ' ἡμῶν ἀνε-
εξάγειν λόγοις, ἐκείνός ἐστιν. Εἰς γὰρ ὠνόμασται, φασί,
Θεὸς ἀληθινός, ὁ Πατήρ, ἔν γε τοῖς Ἀρχαιοτέροις καὶ
τοῖς Νέοις Γράμμασιν. Ἐφη μὲν γὰρ ὁ Μωσῆς·
« Ἄκουε, Ἰσραὴλ; Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς
ἐστὶ. » Καὶ μὴν καὶ ἐν ψαλμοῖς αὐτὸν εἰσπεκόμενεν
ἀνακεκραγόντα τὸν Θεόν· « Ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγὼ εἶμι,
καὶ οὐκ ἔστι Θεός πλὴν ἐμοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ἐγὼ
Θεός πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ οὐκ ἔστι πάρεξ
ἐμοῦ. » Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Υἱός φησι πρὸς τὸν Πα-
τέρα· « Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι
σε τὸν μόνον ἀληθινόν Θεόν. » Παραθεῖεν δ' ἂν ἀμο-
γητὶ συμφέροντες κύρια μὲν ὅσα τοιαῦτα, γενικῶ-

A Deo procedentem, tanquam ex mente verbum, aut
sicut e lumine splendorem, exempli gratia: sed
vanis quodammodo rationibus, et adulterinis com-
mentis gloriari. Annon enim satius est ingenio do-
cili considerare quod, ubicunque vera est nec emen-
tita secundum naturam generatio, ibi utique repe-
riatur in genito cum eo quod genuit non jam rela-
tiva aut falso dicta relatio, sed naturalis? Ex ipsa
enim genitoris substantia erit id quod vere genuit-
ur. Quomodo ergo, ut illi volunt, non erit secun-
dum veritatem Dens id quod ex Deo est genitum? ὅν
ἀμάρτοι καὶ ἐξολοίγοτο κατ' αὐτοῦς τοῦ κατ' ἀλή-

463 B. Næ ipsi quoque forsā concesserint Deum
illū esse, et ex Deo, verumtamen diversa ratione
B et cum discrimine.

A. At quidnam illū sit, diversa ratione, equidem
haud multum intelligo: sed ipse forsā dices, si no-
sti uspiam. Tibi enim compertum illud esse valde
probabile est.

B. Compertum quidem. Patrem enim illi esse
aiunt Deum verum, Filium vero non item, licet
vocetur Deus, esse vero etiam ex Deo. Omnia
quippe a Deo quoque sunt, inquit.

A. Profecto istud est aperte clamare Filium
Deum non esse, sed perinde atque alia quæ sunt
ex Deo, creationis nimirum ratione ad esse quo-
que adductum cum non esset, ac demum cum crea-
tura tanquam sorore sua collocandum. Utilissimum
enim et optimum esse puto malitiosæ artis fucos
C reterege, nec sinere adversarios comptis oculis Fi-
lii naturam inaurare, cum nihil veri de ipso sen-
tiant, sed eos adigere potius ut palam et aperte pro-
ferant quid ipsum esse credant. Nulla enim ratio
non illorum insultabit, opinor, dementiæ. Et Filium
quidem ex Deo Patre procedere, nihil aliud signifi-
care apud eum qui sit incorruptæ mentis, quam ge-
nitum esse, et ex ipsa Patris substantia editum, in
ea quam proxime absolvimus dissertatione demon-
stravimus. Jam in altero indagando mentem acue-
dam reor.

B. Libentissime facies, ad hoc incitatus. Quod
autem nostris rationibus opponendum statuunt, illud
D est. Unus enim nuncupatus est, inquit, Deus ve-
rus, Pater, in Veteri et Novo Testamento. Dixit
enim Moyses: « Audi, Israel, Dominus Deus tuus,
Dominus unus est ¹⁶. » Quin et in cantico ipsum
induxit Deum clamantem: « Videte, videte quia
ego sum, et non est Deus præter me ¹⁷. » Et iterum:
« Ego Deus primus, et ego posthæc, et non est præ-
ter me ¹⁸. » Ad hæc ipse quoque Filius ad Patrem
ait: « Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum
Deum verum ¹⁹. » Innumera autem istiusmodi nullo
negotio congerere possunt, sed ea rationibus suis
confirmaturi sunt, adeoque haud procul aberunt a

¹⁶ Deut. vi, 4. ¹⁷ Deut. xxxii, 50. ¹⁸ Isa. xli, 4.

¹⁹ Joan. xvii, 5.

spe, nonnullos fore qui secum sentiant Patrem A unum esse solum vere et natura Deum, alium autem præter ipsum prorsus neminem.

464 A. Inaniter sudare illos quid, quæso, adigit? Nec enim nobis laborandem est hac in re, cum iis iuventissimum suffragemur, et unum naturalem ac verum suscipiamus in fide Deum Patrem. Quomodo enim aut unde quis dubitaverit? Quod si addiderint, Deum alium neminem esse plane præter ipsum, minime tamen istud naturam Filii labefaciet. Est enim extra res creatas, nec inter creaturas, suo Patri coexistens, et simul cum eo semper elucens, et in una deitatis natura cum genitore simul comprehensus. Unus igitur Deus, isque verus est. Deorum B enim multorum cultu liberati sumus, et abstersa ista labe, sero quidem ac vix tandem unum ac vere Dominum agnovimus. Sed his impræsentiarum omis- sis, ad illud pergamus: sic enim faciendum tibi videtur.

B. Quodnam illud ais?

A. Solum dixit Deum verum Filium Patrem.

B. Dixit enim vero.

A. Quinetiam vetus oraculum nobis prædicavit Deum alium præter ipsum esse neminem.

B. Ita est.

A. Eundem itaque nobis etiam ipsis est, o carum caput, ad Scripturam sacram, et sanctorum libros qui hæc diligenter scrutantur. Age ergo, dispi- ciamus num aliquis usquam solum dixerit Deum Fi- lium, verumque insuper nuncuparit.

B. Recte dicis.

A. Igitur statim utique nobis sapiens ille Joannes aderit, qui etiam tonitruum filius est cognominatus, diserte clamans: « Et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, et sumus in vero Filio eius Jesu Christo. Hic est verus Deus, et vita æterna ²⁰. » Simul etiam occurret nobis magnus ille Baruch, et manifeste prædicabit Filii naturam et gloriam, ipse quoque clamans hunc in modum, ac tantum non digito monstrans: « Hic Deus noster, non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ, et delit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Posthæc in terra visus est, et cum hominibus conversatus est ²¹. » Addere possem, sanctum Paulum unum nobis dixisse Dominum nostrum Jesum Christum. David autem etiam psallit in Spiritu: « Quis Deus præter Dominum? et quis Deus præter Deum nostrum ²²? » Annon ergo clarissime et manifestissime theologorum vocibus unus, et solus, ac verus **465** prædicatus est Deus Unigenitus?

τερων δὲ τοῖς σφῶν αὐτῶν ἐπαγωνιῶνται λόγοις, καὶ μὴν καὶ ἐλπίδος αὐτοῖς οὐ μακρὰν οἰχῆσεται, τὸ συμφρονεῖν ἐλέσθαι τινάς, ὡς εἶη μὲν εἰς τε καὶ μόνος ἀληθῶς καὶ φύσει Θεὸς ὁ Πατήρ, ἕτερος δὲ πρὸς αὐτῷ τὸ σύμπαν οὐδαίς.

A. Κενὰ δὲ ἰδρῶν, εἰπέ μοι, τί τὸ ἀναπαῖθον αὐτοῦς; Οὐ γὰρ, ὦ ἀγαθὲ, δεηθείημεν ἂν οὐδενὸς ἐν γε τούτῳ πόνου, συνθεόντων ἐτοιμότητα καὶ ἡμῶν αὐτῶν, ἵνα τε καὶ φύσει καὶ ἀληθινὸν εἰσοδεγεμένων ἐν πίστει Θεὸν τὸν Πατέρα. Πῶς γὰρ ἢ πόθεν ἐνδοιάσαι τις ἂν. Εἰ δὲ δὴ καὶ φαίεν, ὅτι Θεὸς ἕτερος ἐπ' αὐτῷ τὸ σύμπαν οὐδαίς, ἥκιστα γε τουτὶ τῆ τοῦ Υἱοῦ διαλυμανεῖται φύσει. Ἐξω γὰρ πάντων, καὶ οὐκ ἐν γε τοῖς πᾶσιν ἐστὶ, τῷ ἰδίῳ Πατρὶ συνυφεστηκῶς, καὶ συναναλάμπων ἀεὶ, καὶ ἐν τῇ μιᾷ τῆς θεότητος φύσει, τῷ τεκόντι συννοούμενος. Εἰς τοιγαροῦν ὁ Θεός, καὶ οὗτος ὁ ἀληθινός. Ἐκτελυτρώμεθα γὰρ ἐκ πολυθείας, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ κηλίδα διανυφάμενοι, ὁμῆ μὲν καὶ μόλις, τὸν δ' οὖν ἕνα καὶ ἀληθῶς Δεσπότην ἐγνώκαμεν. Ταυτὶ δὲ μεθέντες εἰς τὸ παρόν, ἐπ' ἐκεῖνο ἴωμεν· ὥδε γὰρ δὴ σοι χρῆναι δοκεῖ.

B. Τὸ ποῖόν τι φῆς;

A. Μόνον ἔφη Θεὸν ἀληθινὸν ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα.

B. Ἐφη γάρ.

A. Καὶ μὴν ὅτι Θεὸς ἕτερος παρ' αὐτὸν οὐδαίς, τὸ ἀρχαῖον ἡμῖν ἀνεφώνει λόγοιον

B. Ἀληθές.

A. Ἰτέον δὴ οὖν, ὦ φιλότης, καὶ αὐτοῖς ἡμῖν ἐπὶ τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων πολυπραγμονούντας (†) λόγους. Φέρε δὴ καὶ, φέρε καταβρῆσωμεν, εἰ δὴ πῆ τις ἄρα μόνον ἔφη Θεὸν τὸν Υἱόν, ἐκωνόμασε δὲ καὶ ἀληθινόν.

B. Εὖ λέγεις.

A. Οὐκοῦν αὐτίκα δὴ μάλα παρέσται μὲν ἡμῖν ὁ σοφὸς Ἰωάννης, ὁ καὶ βροντῆς υἱὸς κατανοησασμένος, διαβρῆδην ἀνακεκραγώς· « Καὶ οἶδαμεν, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἔχει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεός, καὶ ζωὴ αἰώνιος. » Συνεισδραμεῖται δὲ αὐ καὶ ὁ μέγας ἡμῖν Βαρούχ, καὶ σαφῆ ποιήσεται τὴν ἀνάρρησιν τῆς τοῦ Υἱοῦ φύσεως τε καὶ δόξης, ὡδὶ καὶ αὐτὸς ἀναβοῶν, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ δακτύλῳ καταδεικνύς· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακώβ τῷ παιδί αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἡγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ἔκρηθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέφη. » Καὶ μὴν ἐχοιμ' ἂν εἰπεῖν, ὡς ἕνα μὲν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ὁ ἱερὸς ἡμῖν ἔφη Παῦλος. Ψάλλει δὲ καὶ Δαδὶ ἐν Πνεύματι ὅτι, « Τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Κυρίου; καὶ τίς Θεός, πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; » Ἄρ' οὖν, οὐχὶ σαφέστατά γε καὶ ἐναργέστατα διὰ τῆς τῶν θεολόγων φωνῆς εἰς τε καὶ μόνος καὶ ἀληθινὸς ἀνεκρηχθήσεται Θεὸς ὁ Μονογενής;

²⁰ I Joan. v, 20. ²¹ Baruch iii, 36-38. ²² Psal. xviii, 33.

(†) Omnino legendum πολυπραγμονούντες et Latine reddendum, et sanctorum libros perscrutati, age, in-

quam, age, dispiciamus. COTELER. Mon. E. G., II, 569.

B. Ἀληθές.

A. Ὅτε τοῖνον μόνος ἡμῖν καὶ ἀληθινός εἰσακούμισται θεός ὁ Πατήρ, ἰσοτρόπος δὲ αὐτῷ καὶ ἀπαράλλακτως ἔχων ὁ Υἱός· καταλογισθεῖν γὰρ ἂν ἕτερος ἐπ' αὐτῷ τὸ σύμπαν οὐδεὶς· ποί ποτε ἄρα δραμεῖται τῶν πιστευόντων ὁ νοῦς, εἴπερ ἄμφω διὰ σφῶν αὐτῶν ἐβώθειν ἂν, καὶ οὐκ ἐν βεβαίῳ τῆς θεοπροποῦς ἔσονται δόξης, εὐκατάστατον τε καὶ εὐανάτρεπτον κομιδῇ λαχόντες τὴν φύσιν; Ἡ οὐκ ἀληθές εἰπεῖν, ὡς εἴπερ εἶναι παραδειγματῆρα μόνον καὶ ἀληθινὸν θεὸν τὸν Πατέρα, κατασπαραγνόμενον εὐθύς τὸ ἕτεροφύως τῷ Υἱῷ, καὶ τῶν τῆς ἀληθοῦς θεότητος ὄρων ἀποσοδοῦντες αὐτὸν, ἐν ἑτέρῳ που φύσει γενοῦσα θεοφύμεθα; Εἰ δὲ δὴ μόνω τῷ Υἱῷ τὸ τῆς ἀληθοῦς θεότητος ὄνομα τε καὶ χάριμα προσέμεντες, οὐδένα τὸ σύμπαν ἐπ' αὐτῷ καταλογισαίμεθα, ἄρ' οὐχὶ καθοριζόμεν τῆς τοῦ Πατρὸς δόξης, ἀ μὴ ὁμῆς εἰπεῖν;

B. Ἐρπεί μὲν εἰς τοῦτο τῶν ἐνοειῶν ἡ δύναμις· πλὴν τάχα που κάκεινο εἰκὸς τοῦς διεναντίας εἰπεῖν, ὡς περιστήξει πάντως ἡμῖν εἴπερ ἴσθι θεός ἀληθινός ὁ Υἱός, οὐχ ἕνα δὴ λέγειν, ἀλλὰ δύο τοὺς θεούς.

A. Ἀνεπιτήθευτον μὲν τῶν ἄγαν ἐκτόπων ἐκείνοις οὐδὲν, δυσφημίας δὲ τρόπος ἀπαστασοῦν βλασφημίας τε καὶ ἱεπλήματος. Σκοπὸς δὲ ἡμῖν, οὐχὶ τοῦτο φάναι ποθὲν, συνωθεῖ δὲ μάλλον εἰς ὁμολογίαν ὁ λόγος, τοῦ χρῆσθαι νοεῖν, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας διὰ τῆς ἀληθοῦς γεννήσεως, ἀναφύει τὸν Υἱόν, θεὸν ἀληθινόν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, οὐκ εἰς ὄθνελα τινὰ καὶ ἐκφυλον ἐκπεφυκότα φύσιν, ἀλλ' ὄντα τοῦτο οὐσιωδῶς, ὅπερ ἂν εἶναι νοεῖτο καὶ ὁ Πατήρ διχα μόνου τοῦ εἶναι Πατῆρ. Συναριθμουμένου γὰρ ὡς καὶ συναριθμώσκοντος εἰς θεολογίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μία λοιπὸν ἡ ἀληθινή καὶ φύσει θεότης ἐν ὁμοουσίῳ προσκυνεῖται Τριάδι.

B. Ἄλλ' εἰ τρεῖς εἶναι, φασί, τὰς ὑποστάσεις δώσομεν, καὶ ἡ θεότης ἐν τριπλῇ νοηθεῖ ἂν, κατὰ γε τὸν εἰκότα λογισμὸν.

A. Ἄλλ' ὁ γε τῆς ἀληθοῦς μυσταγωγίας ἡμᾶς οὐχ ὡς ταῦτ' ἔχειν ἐκπεπαλθευσε λόγος. Βεβαπισόμεθα γὰρ εἰς Πατέρα, καὶ Υἱόν, καὶ ἄγιον Πνεῦμα, καὶ οὐ τί που φασμεν εἰς τρεῖς ὅτι θεοὺς ἡ πίστις, ἀλλ' εἰς μίαν θεότητα, τὴν ἐν Τριάδι προσκυνητήν. Τί τοῖνον ἀποδιάζῃ, καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνους ὑποφέρειν παρὰ τὰ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, ἀ καὶ οἶμαι δεῖν ἀπεριεργάστῳ καὶ μόνῳ τιμᾶσθαι τῇ πίστει; Ἀπόστολον γὰρ κομιδῇ καὶ δυσσεβείας εἰς λῆξιν ἦκον τὴν ἀνωτάτω, τὸ φάναι περιεργότατα, πῶς ἄρα καὶ τίς ἡ Τριάς, ἔχει δὲ ὅπως καθ' ἑαυτὴν ἡ τῆς θεότητος φύσις; Εὐσεβὲς δὲ μάλλον τὸ περινοεῖν ἐθέλειν ὀρθῶς, κατὰ τὴν δὴ τρόπον ἐν ἁγίᾳ Τριάδι μία προσκυνεῖται θεότητος φύσις. Φάσι δὴ οὖν, ὡς Ἐρμῖα, ταυτὶ μὲν ἡμᾶς, οἰεσθαι τε καὶ δοξάζειν ὀρθῶς, ἀνοσιουργεῖν δὲ τοὺς διεναντίας, τὰ καὶ νοῦ παντὸς ὑπερφέροντα, λογισμῶν ἀθλῶν εὐρήμασιν ἀσυνέτως ἐκδασανίζοντα.

B. Εὐ λέγεις. Φημί γὰρ οὖν ἔγωγε, τοῦτο δρᾶν αὐτοῦς. Πῶς οὖν ἄρα θεός εἰς ἐν ἡμῖν, εἴπερ ἐν ἰδίαις ὑποστάσει καὶ ὁ Πατήρ νοεῖτο καὶ ὁ Υἱός;

A B. Verum est.

A. Cum ergo solus nobis et verus dicatur Deus Pater, ac vicissim Filius idem cum ipso et incommutabilis (nullus enim omnino praeter ipsum alius reputabitur), quomam demum evadet mens crediturum, si ambo per seipsos expellantur, nec divinam gloriam constanter tueantur, naturam nacti quae facili concuti et evorti possit? Annon vere dixeris, nos, si admiserimus solum esse ac verum Deum Patrem, continuo esse confirmaturos diversitatem naturae in Filio, et a verae deitatis rationibus concidentes in diversa utique natura esse animaveruros? Sin autem soli Filio verae deitatis nomen et rem tribuentes neminem prorsus praeter ipsum reputabimus, nonne contra Patris maiestatem ea stetemus quae dictu nefas?

B. Eo quidem vergit argumentorum vis: verumtamen illud etiam dicere adversarios verisimile est, eo nos plane venturos ut, si Filius Deus verus est, dicamus non unum, sed duos deos.

A. Nihil absurdi intentatum illi relinquunt, et in omne genus blasphemiae lato feruntur. Nobis autem propositum est, nequaquam istud dicere, nullo modo: sed eo nos adigit disputatio ut sciamur intelligendum esse ex Dei ac Patris substantia prae veram generationem procedere Filium, Deum verum de Deo vero, non in alienam quamdam et diversi generis naturam progeneratam, sed substantialiter existentem id quod intelligitur esse etiam Pater, exceptio hoc uno, quod Pater est. Sic enim, Spiritu sancto connumerato et in deitatem concurrente, una demum vera et naturalis deitas in consubstantiali Trinitate adoratur.

B. Atqui si tres hypostases, inquirunt, esse concedamus, divinitas etiam in triplicitate intelligetur, ut est probabile.

A. At certe verae doctrinae ratio haec ita se non habere nos docuit. Baptizati enim sumus in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum; nequaquam tamen dicimus fidem esse in tres deos, sed in unam deitatem in Trinitate adorandam. Quid ergo vim adhibes, et rationibus humanis subjicere conaris quae mentem et orationem superant, quaeque sola fide et citra curiositatem colenda existimo? Valde enim nosarium est, 466 et summam impletatis fastigium tenet curiosissime interrogare, quomodo demum et quoniam sit Trinitas, et quo pacto se habeat in se divinitatis natura. Pium actum est animo recte complexi quomam modo in sancta Trinitate una deitatis adoretur natura. Fatere ergo, Hermia, nos haec recte putare et existimare, impie vero facere adversarios, qui ratiuncularum miserarum commentis temere ac stulte inquirunt ea quae mentem exsuperant.

B. Praeclare: Istud enim ego ipsos facere aio. Quomodo ergo Deus unus est in nobis si in propriis hypostasibus et Pater intelligatur esse et Filius?

A. Consubstantialitatis rationem in hoc adjutricem et auxiliatricem utiliter adhibebimus, quæ dualitatem in hypostasibus in unum quiddam constringit, et quod diffundi videtur in proprietatem singularem ac peculiarem, in identitatem utique contrahere potest, ut neque duplicitas de simplici et incomposita prorsus natura a quovis prædicetur, neque deprehendatur dualitatem in hypostasibus tollere quod timemus ne videamur simplicitatis rationem lædere. Quod autem vera sint ea quæ de consubstantialitate dicuntur, testimonia de Filio ex sacris Litteris nobis prolata declarant. Solus enim existens Pater natura et vere Deus, solum existentem Deum natura vereque Filium ad subsistendum in propria hypostasi et ad naturalem identitatem aliter non admisisset, nisi esset ipse quidem ex ipso et in ipso, haberetque vicissim Filius in propria natura Genitorem, atque Idcirco censerentur dici et esse unum. Et certe bonus ille noster Philippus reprehensus est, quod, cum solerti esset ingenio, haud satis considerate loqueretur. Nam cum liceret in Filio Dei et Patris contemplari naturam, rogabat dicens: « Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis »²³. » Ad quæ Christus: « Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Qui vidit me, vidit et Patrem »²⁴. Ego et Pater unum sumus »²⁵; » quod quidem verum est. Quandoquidem enim ex Dei et Patris substantia Filius effulsit, existit ipse quidem in suo Patre, sed in se manifestat per identitatem naturalem etiam Genitoris substantiam. Pater vero non aliter **467** intelligitur quam per Filium, et in Filio, quandoquidem est character substantiæ ejus, naturam illam unde prodiit in sua forma elucens. Existimo enim loquendum etiam nostro more: ideoque de utroque quodcumque dicitur utique locum habebit, etiam seorsim, in altero, et neutrius gloriam lædet.

B. Quomodo vero etiam istud ais?

A. Nonne audis, amice, beatum Paulum clamantem de Deo et Patre: « Ut sit Deus omnia in omnibus »²⁶?

B. Quid igitur?

A. Agedum ergo, et considera quo pacto æqualitatem gloriæ tribuat Filio, et Unigeniti naturam iisdem in auret quibus ipse quoque Pater utique gloriatur. Dixit enim alicubi de ipso: « Plenitudo ejus qui omnia in omnibus implet »²⁷. »

B. Dixit sane.

A. Nemo igitur dubitaverit, opinor, si quomodo se res habeat in animum sic induxerit. Cum enim Deus ac Pater cuncta impleat et in cunctis rebus sit ac Deo convenienter esse censeatur, non video quoniam demum loco futnra sit illa Filii plenitudo. Itaque cogitare necesse est, nisi sit in utroque substantialiter uterque, superfluum illam, ut constat, a Deo

A. Συλλήπτωρά τε καὶ ἀρωγὸν ἀναγκαίως εἰς τοῦτο παραληψόμεθα τὸν τῆς ὁμοουσιότητος τρόπον, τὸ διττὸν ἐν ὑποστάσεσιν, εἰς ἓν τι τὸ δι' ἀμφοῖν κατασφίγγοντα, καὶ τὸ διαχεισθαι δοκοῦν εἰς ἰδιότητα τὴν ἐφ' ἑκατέρω καὶ ἀναμέρος, εἰς ταυτότητα συλλέγειν εὐ μάλα δυνάμενον, ὡς ἂν μήτε τὸ διπλοῦν τῇ ἀπλῇ τε καὶ ἀσυνθέτῳ πρὸς οὐτινοσοῦν ὄλως ἀπειμίζοιτο φύσει, μήτε μὴν αἰδοῖ τοῦ μὴ δοκεῖν τὸν τῆς ἀπλότητος κατασίνεσθαι λόγον, τὸ διττὸν ἐν ὑποστάσεσιν ἀναίρουντες ἀλίσκοιμεθα. Ἄληθῆ δὲ ὄντα τὸν τῆς ὁμοουσιότητος λόγον, καὶ ἀεὶ ταῦτα που διεκφάνειεν ἂν τὰ ἐφ' Ἰησὺ μαρτύρια, τῶν ἱερῶν ἡμῖν παρεκεκομισμένα Γραμμάτων. Μόνος γὰρ ὁ Πατὴρ φύσει τε καὶ ἀληθῶς Θεὸς, μόνον ὄντα Θεὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς τὸν Υἱόν, παραδέξαιτο ἂν οὐχ ἑτέρως, εἰς τε τὸ ὑπάρχειν ἰδιοσυστάτως, καὶ εἰς ταυτότητα φυσικὴν, εἰ μὴ ὑπάρχοι μὲν αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ, ἔχει δὲ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸν γεγεννηκότα, ταύτη τε νοοῖτο λέγεσθαι τε καὶ ὑπάρχειν ἓν. Καὶ γοῦν ὁ χρηστὸς ἡμῖν ἐπιτιμᾶτο Φίλιππος· τὸ τῆς διανοίας εὐμαθὲς οὐ τοῖς ἀγαν ἐξητασμένοις κατακαλλύων βήμασι. Καίτοι γὰρ ἐνὸν ἐν Υἱῷ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καταθεῖσθαι φύσιν, ἐκίπαρει λέγων· « Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. » Καὶ πρὸς γε ταῦτα Χριστὸς· « Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ ἐστίν; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν » καὶ ἀληθῆς ὁ λόγος. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας ἐκπέφηνεν ὁ Υἱὸς, ἐνυπάρχει μὲν αὐτὸς τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, παραδείξει δ' ἂν ἐν ἑαυτῷ διὰ ταυτότητος φυσικῆς, καὶ τὴν τοῦ γεγεννηκότος. Νοηθεῖ δ' ἂν ὁ Πατὴρ, οὐχ ἑτέρως ἢ δι' Υἱοῦ τε καὶ ἐν Υἱῷ, ἐπιπέρι ἐστὶ χερακτῆρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, τὴν ὄθεν ἐξέφυε ἐκστῆλων φύσιν ἐν ἰδίᾳ μορφῇ. Χρῆναι γὰρ οἶμαι καὶ καθ' ἡμᾶς εἰπεῖν· τοιγάρτοι καὶ ἐπ' ἀμφοῖν ὅπερ ἂν ὑπὸ τοῦ λέγοιτο τυχόν, χωρήσει δὴ πάντως, καὶ ἀναμέρος ἐφ' ἑκατέρω, καὶ τὴν οὐδεὸς ἀδικήσει δόξαν.

B. Πῶς δὲ ἄρα καὶ τοῦτο φῆς.

A. Οὐ γὰρ ἐπαίεις ἀνακείραγτος, ὦ τᾶν, τοῦ μακαρίου Παύλου περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς· « Ἴνα ἢ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν; »

B. Ἀλλὰ τί μὴν;

A. Ἴθι δὴ οὖν, καὶ ἄρρη τὸ ἰσοστατοῦν εἰς δόξαν ἀπομένοντα τῷ Υἱῷ, καὶ τὴν τοῦ Μονογενοῦς καταχρυσούντα φύσιν, οἷς ἂν καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ εὐ μάλα κατασεμνύνοιτο. Ἐφη γὰρ που περὶ αὐτοῦ· « Τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. »

B. Ἐφη γάρ.

A. Οὐκοῦν ἀπορήσειεν ἂν, οἶμαι, πᾶς ὁστισοῦν, ὃδὲ πη διενθυμούμενος, τὸ ὅπως ἂν ἔχει τὸ χρῆμα· Ἀνατιμπλάντος γὰρ ἡμῖν τὰ πάντα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἐν πᾶσιν ὄντος τε καὶ νοουμένου θεοπρεπῶς, ὅποιπερ ἂν εἴτι χωρήσειεν ἢ δι' Υἱοῦ πλήρωσις, κατιδεῖν οὐκ ἔχω. Ἄρ' οὖν ἀνάγκη περινοεῖν, ὡς εἰ μὴ ἐστὶν ἐν ἀμφοῖν οὐσιωδῶς ἑκάτερος, πα-

²³ Joan. xiv 8. ²⁴ ibid. 9. ²⁵ Joan. x, 30. ²⁶ I Cor. xv, 28. ²⁷ Ephes. i, 13.

περιτή τις, ὡς ἔοικεν, ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀναφανεῖται πλήρωσις, ἀποχρώσεως εὖ μάλα πρὸς τοῦτο ἡμῖν, τῆς δι' Υἱοῦ, ἤγουν ἐπιεισφύρεται τοῖς οὐσιν εἰκῆ καὶ οὐκ ἔτι καθιζόντως, ἡ δι' Υἱοῦ πλήρωσις, διαρκέστατά τε καὶ οὐκ ἀνικάνως ἔχοντος τοῦ Πατρὸς, εἰς τὸ πληρῶσαι τὰ πάντα. Τίνος δ' ἂν ἔτι καὶ δεδεῖσθαι τὰ πάντα καταδείξαι τις ἂν, τὴν πληρῶσιν ἔχοντα τὴν παρὰ Πατρός; Ἄρ' οὖν, ὡς ἔταϊρε, περιττός εἰς λόγους ἀναφανεῖται λοιπόν, καὶ ἐβραψόδηκε μάτην ὁ σοφὸς Ἰωάννης, ἀγίων τε πέρι καὶ τοῦ Υἱοῦ λέγων· «Ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν;» Τίνος γὰρ ἔτι δεδεημένοι, τὰ ἐκ τοῦ πληρώματος δέχονται τοῦ Υἱοῦ, καίτοι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀποχρώντως ἔχοντος ἔν γε τῷ ἔρου τινὸς ἀνεπιδέξ;»

B. Ὁρθότατα ἔφης.

A. Εἰ δὲ δὴ καὶ αὐτὴν ἦτις ποτὲ ἔστι τὴν δι' ἐκτέρου πλήρωσιν πολυπραγμονεῖν ἐθέλομεν, ἄρ' οὐκ ἂν γένοιτο παντὶ τῷ σαφές, ὡς ἔπερ ἀμφοῖν ὁ τῆς οὐσίας διψικιστὶ λόγος, εἰς τὸ ἑτεροῶς ἔχειν, ὡς ἂν ἐκάτερος ἔχοι φύσεως, οὕτω τὴν εἰς ἡμᾶς ἐνεργήσει πλήρωσιν;

B. Ἀναγκαίως.

A. Καὶ ἔπερ ἐστὶ Θεὸς μὲν ἀληθινὸς ὁ Πατήρ, ὅσα τις ἔσται πάντως που καὶ ἡ ἐνέργεια, διεκπύπτοντός γε μὴν τῆς ἀληθοῦς θεότητος τοῦ Υἱοῦ, θεῖα μὲν οὐκ ἔτι, κατ' αὐτὸν δὲ πάντως, καὶ ἡ τῆς πληρώσεως δύναμις. Ἐνεργήμεθα δὴ οὖν εἰς πλήρωσιν, διττῶς τε καὶ ἀνομοίως. Καὶ εἰ μὲν ἀποχρήσειν ἐμμελε τοῖς ἐνεργουμένοις εἰς σωτηρίαν ἡ πλήρωσις τοῦ Πατρὸς, θεῖα τις οὐσα καὶ τῆς ἑτέρας ἀμείνων, τί καὶ δῶκε ἐνήργηκεν ὁ Υἱὸς εἰς ἡμᾶς, καίτοι τὴν χεῖρῳ προσετιθείς, ἔπερ οὐχ οὕτως ἐνεργήσειεν ἂν, καθὰ καὶ ὁ φύσει Θεός; Εἰ δὲ δὴ χρησιμὸν τε καὶ ἀναγκαῖον εἰς σωτηρίαν ἐφείδον τὴν δι' Υἱοῦ πλήρωσιν πεπλουτήκαμεν, περίεστα δὴ που νοεῖν τε καὶ λέγειν, ὅτι τοῦ χεῖρονος ἐδεήθη τὸ ὑπερτεροῦν, καὶ τὸ ἐλλοιποδὸς τῷ προὔχοντι προσετιθεῖ, τὸ ἔλαττον, ἔπερ ἡμᾶς οὐκ εἰσάπαν ἐξήρκεσεν ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς διασώσαι πλήρωσις. Ἄλλ' εἶναι φημι τῆς ἐσχάτης ἀποπληξίας αἰτίωμα καὶ γραφὴν, τὸ ἀμωμῆτως ἔχειν οἴεσθαι τε καὶ φάναι ταυτί. Οὐκοῦν, διεβρίφθω μὲν ὡς ἀπωτάτω τὸ ὧδε ληρεῖν. Διαχεισόμεθα δὲ καὶ πιστεύσομεν, μίαν εἶναι τὴν εἰς ἡμᾶς δι' ἀμφοῖν ἐνέργειάν τε καὶ πλήρωσιν. Μία γὰρ ἡ φύσις. Φύσεις γὰρ ἀλλήλαις εἰς διαφορὰν ἰγμένας τὴν καθ' ἑτερότητα νοουμένην, καὶ εἰς ὀνειότητα τὴν εἰσάπαν ἐκπεφορημένα, τὸ ταυτοειδὲς κατ' ἐνέργειαν καὶ ἀπαρράλλακτως Ἰσον, οὐκ ἂν ἔχοιεν τὴν ἐπὶ τισιν τῶν ὄντων, ἀλλ' ἐνθαπερ ἂν ὁ τοῦ πῶς εἶναι τισιν ἑτεροφανῆς εἴη λόγος, ἕτεράς που πάντως ἔκει, καὶ τὸ κατ' ἐνέργειαν οὐχ ὁμοίως ἔχει.

B. Ἀληθές· πλὴν ὡς ἥδιστα ἂν σου διατυθοίμην, τὸ, ὅπως ἂν ἐν ἡμῖν ἦ τε τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ πλήρωσις νοοτότε καὶ πράττειτο μία τις οὐσα, καὶ εὐ διάφορος.

A. Καὶ μὴν οὐδ' ὅπωστίουν ἔν γε δὴ τούτῳ τὸ

¹⁷ Joan. 1. 16.

a et Patre visum iri plenitudinem, cum utique sufficiat nobis ad hoc illa Filii; aut frustra, nec satis consentaneae inferri rebus illam Filii plenitudinem, cum sufficientissimus sit et perquam idoneus Pater ad implenda cuncta. Ecquid porro deesse universis rebus ostenderis, cum plenitudinem habeant a Patre? An igitur, amice, vana demum garruisse videbitur sapiens ille Joannes, cum de sanctis et Filio diceret: «Quia de plenitudine ejus omnes accepimus». Cujus enim rei penuria de plenitudine Filii accipiunt, cum Deus ac Pater in se longe sufficiens sit ut creaturam condant quæ nihil ab alio quoquam requirat?

καθ' αὐτὸν εἰς τὸ καταστῆσαι τὴν κτίσιν, τῶν παρ'

B. Rectissime dixisti.

A. Jam si ipsam quoque plenitudinem quæ per utrumque datur quænam sit scrutari volumus, annon cuivis patebit, quod si ratio essentiae in utroque ita distet, ut diversa sit pro ratione naturæ utriusque, eodem nobis modo plenitudinem operabitur?

B. Ita prorsus.

A ὑπουργίαν ἀεὶ συνεισάγοντα, δημιουργὸν ἔρᾶσθαι τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, πεφυκέναι τε οὕτως, καὶ ἂν βούλοιο κατορθοῦν, ἤγουν τὴν ἐκ φύγου μὴ διαδρά- ναι γραφὴν, εἴπερ τοὶ πρὸς ἔργα καθ' ἕτερον τρόπον πῶς οὐκ ἠδίκησε τὸν Υἱὸν, οὐκ ἐν ὀργάνῳ καὶ μεσι- τεῖᾳ τινὸς ἐτέρου παρακομίζων εἰς ὑπαρξίν, φελην- δὲ αὐτῷ καὶ μόνῃ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως τὴν αὐτουρ- γίαν δωρούμενος; Καὶ τὰ μὲν ἕτερα τῶν κτισμάτων, ἂ καὶ τῆς Υἱοῦ δόξης ἠτᾶσθαι φασί; τὸν ἀριστόν τε καὶ προῦχοντα τοῦ παρῆχθαι πρὸς ὑπαρξίν διεκκλη- ρώσατο τρόπον ὁ δὲ, καίπερ τοῖς οὕτω ὑπερκειμένους πλεονεκτημασίαι ἐκτετιμημένος, τὸν αἰσχίῳ τε καὶ ἐν δευτέροις. Ἄλλ' ἦν δῆπου τυχὸν, ἐροῦσι τινες, ἀμείνων ἢ αὐτουργία, καὶ ταύτης ἔλαχεν ὁ Υἱός. Εἶτα τί τὸ ἀναπειθὸν, ἀποκρινάσθων ἑκαῖνοι, τὴν ὑπερτά- την οὕτω καὶ ὑπὲρ θαῦμα βουλὴν τοῦ Πατρὸς, μὴ οὐχὶ τὸν ἀμείνω τοῦ χείρονος ἀνθελεσθαι τρόπον. Ἐν γε τῷ χρῆναι δημιουργεῖν, ἀφαιμαρτεῖν δὲ οὕτω τοῦ λίαν πρεπωδεστάτου, παραλόγως κατακηνηκότα πρὸς τὸ δεῖν ἐλέσθαι περαινέιν ἢ χρῆν;

B. Ἄμεισον οὖν ἔδει, φησι, τοῖς κτίσμασιν ἐπαφεί- ναι τὴν ἐνέργειαν τὸν τῶν ὄλων Πατέρα;

A. Τί μὲν, ὦ ἑταῖρε; Ὀργανικὴν δὲ, εἰπέ μοι, καὶ ὑπουργικὴν τὴν ἐπιουρίαν εἰσδέχεσθαι λῶρον ἦν αὐτῷ; Καίτοι τῶν ἐκτόπων ἐννοιῶν πάμπαν οὐκ ἔμιν- ἐντεῦθεν ἀνατελεῖ καὶ ἀναφανέεται δῆμος. Τίς γὰρ ἂν γένοιτο τοῦ συνεργαζομένου χρεῖα τῷ Θεῷ καὶ Πα- τρὶ, ὀργάνου δὲ καὶ μεσίτου τίς ἢ ὄνησις, οὐκ ὀρῶ. Εἰ μὲν γὰρ ἀληθῶς ἀναγκαίαν ὄθεν ἑαυτῷ τοῦ συ- κτίζοντος τὴν συνεισδρομήν, καὶ χρειωδῶς παρεκόμε- σεν ἐν γε τούτῳ τὸν ἐπὶ κλῆν Υἱὸν, τελουντά γε μὴν κατ' αὐτοὺς ἐν κτίσμασι: πῶς ἂν ἔχοι τὸ τελείως εὐ- σθενές, ἐν γε τῷ εἶναι δημιουργός, δι' ὀργάνου καὶ- μόλις συλλέγων ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀπρητισθαι τελείως πρὸς ὃ πεφυκέναι λέγεται; καὶ τὸ ἐπι δύσφημον, οὐκ ἔρῳ. Πλήρωμα γὰρ θεότητος πέφηνεν ἡδὴ τὰ γενητὸν, καὶ τὸ ἐν τάξει παραλήφθῃ ἐπὶ ὑπουργικῇ, τῆς δη- μουργικῆς δυνάμεως τοῦ Πατρὸς ἐπιουρήμα χρειω- δέστατον. Εἶτα πῶς, εἰπέ μοι, μεσολαβοῦντος οὐδενός, ἐξήρκεσεν ἂν εἰς τὴν Υἱοῦ ποιήσιν, εἴπερ ἐστὶ γενη- τὸς, καίτοι μειζόνως τε καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερκειμέ- νου; Τιμαῖς γὰρ αὐτὸν ταῖς οὕτως ἀπατηλαῖς κατα- γοητεύειν ὑποκρίνονται, τὸ τῆς δυσφημίας ἀκαλλῆς κατερθριῶντες, οἱμαί που. Ὁ δὲ δὴ πρὸς τὸ οὕτως ὑπερφερές τε καὶ ὑπερθρωσκον ἀνεπιουρήτος τε καὶ μόνος ἀρχέσας, πῶς ἂν ἠτόνησεν εἰς τὴν τῶν ὑποδε- θενηκότων ὑπόστασιν τὸν συνεργάτην οὐκ ἔχων; Ἄρ' οὖν οὐχὶ κατοιμῶζειν ἄξιον, τοὺς, οἳ γε ταυτὶ καὶ διανοεῖσθαι μόνον οὐ καταπερρίκασιν;

B. Πῶς γὰρ οὐ; ἀλλ' ἀκούεις ἂν ἐτι. Μικρὸν γὰρ εἶναι φασὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὰ ἐφ' ἅπασιν αὐτουρ- γικόν.

A. Ἄπαγε τῆς δυσφημίας, ἄνθρωπε! Λέγοις δ' ἂν εἰκότως, ὡς ἀπωτάτω τιθεῖς τῆς ἐπι τούτοις αἰτίας τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν· « Θεοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στό- ματι μου, καὶ θύραν περιούχης περὶ τὰ χεῖλη μου· μὴ ἐκκλίνης τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας. τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἀμαρτίαις, σὺν

ἀνθρώποις ἐραζομένοις τὴν ἀνομίαν. Ὁ γάρ τοι ἄριστος εἶναι λέγων τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸ ἐφ' ἅπασιν αὐτοκρατῆρον, τυφου καὶ ἀλαζονείας αὐτὸν οὐκ ἀπηλλάχθαι φησὶ, ξυνωρίδα δὲ ταύτην αὐτῷ τῶν θεῶν μάλιστα βδελυρῶν καὶ ἀπηχθημένων ἀναθήσει παθῶν. Εἴη δ' ἂν καὶ ἐτέρως ἀμαθής, ἀλλ' οὐδὲ ὅποι πρόβεισιν ὁ λόγος ἐνοῶν. Βουλοίμην δ' ἂν ἐγωγε δια-
 πωθῆσθαι σου.

B. Τὸ τί δὴ;

A. Οὐ γὰρ γενητὸν εἶναι φασὶ τὸν Υἱόν;

B. Ναί, ἀλλὰ τί μὴν;

A. Εἴπερ οὖν ὄρωτο πρὸς ἡμῶν, κατὰ γε τὸ ἐγγω-
 ροῦν, ὃ τί ποτέ ἐστιν ἢ τῶν ὅλων κατάρχουσα φύσις, οὐ μικρὸν ὀφόμεθα πᾶν αὐτῆς γενητὸν;

B. Μικρὸν ὁμολογουμένως.

A. Εἴτα τὸν μὲν Υἱὸν, ἡξίου μόνον τε καὶ μόνως
 δημιουργεῖν· κατερυθριάσας δὲ ὡσπερ τὸ χρῆμα, μέτεισιν εὐθύς, καὶ ταῖς ἐτέρου δίδωσιν ἐνεργείαις τὸ καλεῖν εἰς ὑπαρξιν τὰ οὐκ ὄντα ποτέ; Καίτοι δόξης τε καὶ εὐφημίας ἢ παγκάλῃ τε καὶ παναρίστη μοῖρα, τὸ δημιουργεῖν δύνασθαι τῷ Θεῷ, ὅτε καὶ διὰ τούτου, τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶ, πρὸς ἡμῶν γινώσκεται. Ἐὰν γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γενεουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται, κατὰ τὸ γεγραμμέ-
 νον. Εἰ δὲ δι' ὧν γινώσκεται, μικρὰ λογίζεται καὶ κατερῆμιμμένα ταυτὶ, τὴν ἰδίαν αὐτὸς αἰσχυναίται φύσιν, ἀκαλλέστατά που, κατὰ τὸ εἶδος, ἔχουσαν εἰ-
 δώς. Καίτοι λίαν εὐκλεῖς παντὶ μὲν ἀνθρώπῳ, παντὶ δὲ ἀγγέλῳ, τὰ δι' ὧν ἑκάτερον ὀρᾶσθαι πέφυκε τοῦθ', ὅπερ ἐστὶ, διακεκτῆσθαι τελείως, καὶ οὐδὲν ἂν οἷς
 ἔλαχεν ἐπερυθριάσῃ ποτέ, τὸ, τί κατὰ φύσιν ἐστίν,
 εἴπερ ἐθέλοι γινώσκεισθαι. Ἀνθρώπου δὲ οὖν ἐπαισχυ-
 νεῖται λοιπὸν, οἷς ἂν ἔχοι Θεός, ἢ μῶμων ἠγῆσαιτο τὰ δι' ὧν ἂν νοοῖτο Θεός; Εἰ δὲ δὴ μικρὸν αὐτῷ, καὶ λόγου τοῦ μηδενὸς ἀξίον, τὸ ποιῆσαι τὰ Σεραφίμ,
 καὶ παραγαγεῖν ἀγγέλους, τῆς ἰδίας φύσεως ἀναμε-
 τρούνητι τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἐκπρεπεστάτην ὑπερ-
 οχτῆν· ἄρ' οὐχὶ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, μικρὸν ἂν εἴη τὸ πρὸς αὐτῶν προσκυνεῖσθαι τε καὶ δοξαλογεῖ-
 σθαι θέλειν; Ὅν γὰρ οὐκ εἶναι δημιουργὸς ἀξιοῖ, πῶς ἂν ἔλοιτο νοεῖσθαι Θεός; Ἐφίεται δὲ ἀνθρώπου τῆς πρὸς ἡμῶν τιμῆς καὶ λατρείας, εἰ μὴδὲ παράγειν ἡμᾶς εἰς γένεσιν ἀξιοῖ; Πῶς δ' ἂν οὐχὶ τὴν ἰδίαν αὐτὸς κατασίνωτο δόξαν, εἰ μικρὸν ἠγῆσαιτο τὸ, δι' ὃ δοξάζεται;

B. Πῶς δὴ οὖν ἄρα, φασίν, Ἐκτισεν ὁ Πατὴρ τὰ πάντα δι' Υἱοῦ;

A. Ὡς διὰ Λόγου, καὶ σοφίας, καὶ τῆς ἐνοούσης ἰσχύος αὐτῷ. Πάντα γὰρ ταῦτα ἐστὶν ὁ Υἱὸς τῷ Πα-
 τρι· ἀλλ' ὡδέ πη τότε διαγυμνάζωμεν, οἶμον ἰόντες εἴην βασιλικὴν, καὶ κατ' εὐθύ τῆς ἀληθείας διέττον-
 ομεν. Ἡ γὰρ οὐχὶ συννεύσεως ἂν, καὶ λίαν ἐτοιμῶς, ὡς εἴπερ εἶναι φαμεν τὸν Πατέρα δημιουργόν, ἔφεται που πάντως καὶ τὸ χρῆναι νοεῖν, ὡς οὔτε ἀναλικε, οὔτε ἀσοφοῦ ὦν, οὔτε μὴν Λόγου δίχα δημιουργεῖ;

B. Ἐφεται γὰρ οὖν. Τοιγάρτοι φησὶ μὲν ὁ Μελ-
 ρόδς· Ἐ πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Τὴν δὲ τοῦ παν-

operantibus iniquitatem². Qui enim parum esse ait Deo ac Patri per se res omnes condere, asserit ipsum fastu ac superbia non carere, sed par
 istud nequissimorum et invisorum criminum ei af-
 538 ftinget. Alloquin ipse suam quoque prodet imperi-
 tiam, qui nec satis capit quorsum tendat oratio. Ex
 te autem scire pervellim.

B. Quidnam?

A. Numquid factum esse aiunt Filium?

B. Etiam: ceterum quid inde?

A. Si ergo, quoad ejus est, dispiciamus quidnam
 illa sit universi dominatrix natura, nonne parvum
 esse videbitur id omne quod ab ea factum est?

B. Parvum procul dubio.

A. Ergo Filium quidem volebat solum et unico
 creare; ejus autem rei veluti pudore tactus, statim
 dimittit, alteriusque virtuti tribuit res e nihilo pro-
 ducere? At laudis et gloriæ divinæ potissima et præ-
 stantissima pars est, creandi facultas, cum per eam
 quis et quantus sit Deus a nobis agnoscat. A
 magnitudine enim et specie creaturarum per pro-
 portionem creator earum cernitur, ut scriptum
 est³. Quod si ea per quæ cognoscitur parva et ab-
 jecta censebit, suam ipse dedecorabit naturam, agnos-
 cens eam, ut probabile est, vilissima conditione
 quodammodo utentem. Nam gloriosum et illustre
 est valde cuivis homini et angelo iis esse perfecte
 præditos per quæ quisque natura videtur esse id
 quod est, nec ullum suæ sortis pudebit, si quid se-
 cundum naturam sit agnosci velit. Cur ergo suarum
 rerum Deum pudebit, aut probro sibi esse ducet ea
 per quæ intelligatur esse Deus? Quod si parum ipsi
 ac pro nihilo est Seraphim condidisse, et angelos
 produxisse, suæ naturæ magnitudinem et præcel-
 lentiam supereminentem perpendenti: annon eod-
 em modo parvum erit ab ipsis adorari et laudari
 velle? Quorum enim creator esse nolit, quo pacto
 volet censi Deus? Cur autem honorem a nobis et
 cultum deposcit, si ne nos quidem in ortum edu-
 cere dignatur? Quomodo vero non ipse gloriam
 suam læserit, si parvum existimet illud propter
 quod glorificatur?

B. Quomodo igitur, inquam, creavit Pater omnia per Filium?

A. Per Verbum, et sapientiam, et virtutem quæ ipsi inest. Omnia enim hæc est Filius Patri: sed excutiamus istud hoc pacto, regium iter insistentes et rectam veritatis semitam tenentes. Annon ultro fateberis quod, si Patrem esse dicimus creatorem,
 539 necessario sequetur intelligendum, neque sine virtute et sapientia, neque adeo sine Verbo creare?

B. Sequetur plane. Psaltes siquidem ait: « Omnia in sapientia fecisti⁴. » Jeremias autem pro-

² Psal. cxi, 3, 4. ³ Sap. xiii, 5. ⁴ Psal. ciii, 24.

pheta universi creationem manifestius explicans clamabat dicens : « Dominus qui fecit terram in fortitudine sua, qui erexit orbem terrarum in sapientia sua, et prudentia sua extendit caelum⁴. »

A. Quid vero? nonne cum sapientia et fortitudine, adeoque Dei prudentia creata esse cuncta manifeste scribat Jeremias? Omnia per Filium facta esse dicit sapiens Joannes. « Omnia enim, inquit, per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil⁵. »

B. Etiam. Quid ergo istud sibi vult?

A. Nempe Filium, cum sit sapientia et virtus Patris⁷, nobis manifestatum esse.

B. Quomodo vere aut unde hoc dubium?

A. Caelo itaque, utrum Filium in sapientia, et prudentia ac virtute Patris creatum esse, aut sine sapientia, prudentia ac virtute statuamus? Factum enim esse aiunt.

B. Atqui plane istud ineptum est. Non enim erat quando sine sapientia et virtute erat Pater.

A. Recte dicis : te enim recta et æqua sententiam laudabo. Verum quid ad hæc dicent, qui in creaturarum numerum Filium conscribunt? Si enim semper quidem non erat, et lege creaturæ, tempore in ortum eductus est, quamvis sit sapientia, et virtus, et prudentia sit Patris, Patrem ante ipsam virtute, et sapientia, et prudentia carere fatebuntur, concedentque factum esse Filium sine sapientia et virtute, licet mirandis modis circumfusum, nec in creaturæ conditione, sed incomparabili supereminentia positum. Quod si, cuius sanæ mentis ridiculi cum sint, rejecta putida blasphemiam, ipsum etiam in sapientia et virtute Patris productum putant, necessario fatendum est ipsum seipso tandem antiquiorem fore, ac præterea opificem. Condidit enim seipsum Filius, siquidem, cum esset ipse omnis sapientia et virtus Patris, in virtute sua et sapientia factus est. Intelligis ergo quomodo pacto undique in absurdum ruat oratio?

B. Ita prorsus.

A. Aliter quoque nec multo cum sudore stultissimum eorum esse dogma ostendetur. Age enim, Dei naturam, quantum capere 540 noster potest animus, metentes, quæ, et quanta sit, et quænam ei convenient perscrutemur, amice. Utrum creare credimus causam existendi rebus factis tribuendo quod eas esse velit, annuendoque solum ut existant ea quæ aliquando non erant, atque ita universam permeare creaturam; an instrumentale ministerium habendo, et a mediatore necessarium veluti subsidium capiendo, quemadmodum si quis lapidum sculptori præsto esse dicat ea per quæ lapides incidere et ex arte sua possit operari?

B. At quis, amabo te, negaverit creare solo

τὸς γίνεσιν τρανότερον ἐξηγούμενος, ἀνεκεκράγει λέγων ὁ προφήτης Ἰερემίας : « Κύριος ὁ ποιησὰς τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, ὁ ἀνορθώσας τὴν οἰκουμένην ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ τῇ φρονήσει αὐτοῦ ἐξέτεινε τὸν οὐρανόν. »

A. Τί δέ; οὐκί σοφία τε καὶ ἰσχύϊ καὶ μὴν καὶ φρονήσει Θεοῦ ἐκτίσθαι τὰ πάντα διαβρήθη ἡμῖν ἀναγράφοντος Ἡσαίου [ἱερ. Ἰερემίου], πάντα διὰ τοῦ Υἱοῦ γενέσθαι φησὶν ὁ σοφὸς Ἰωάννης; « Πάντα γὰρ, ἔφη, δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. »

B. Ναί. Τί οὖν τοῦτό γε;

A. Ὅτι σοφία καὶ δυνάμις ὦν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἡμῖν ἀναπέφανται.

B. Πῶς γὰρ, ἢ πόθεν τοῦτο ἀμφιλογεῖ;

A. Οὐκοῦν, εἶπε δὴ φράσον, πότῃ τὸν Υἱὸν ἐν σοφίᾳ καὶ συνέσει καὶ δυνάμει τοῦ Πατρὸς πῃ ρῆχθαι πρὸς ὑπαρξίν, ἤγονα ἀσώφως τε καὶ ἀσύετως καὶ ἀσθενῶς ἠγοούμεθα; Γενητὸν γὰρ εἶναι φασι.

B. Καὶ μὴν τοῦτό γέ ἐστι παντάπασιν ἀμαθέσ. Οὐ γὰρ ἦν δευ σοφίας ἦν δέχτα καὶ δυνάμειος ὁ Πατήρ.

A. Εὖ λέγεις. Ἐπαινέσομαι γὰρ οὖν, ὀρθὰ καὶ δίκαιὰ σε φρονεῖν ἠρημένον. Ἄλλὰ τί πρὸς ταῦτα φαίεν ἂν οἱ τοῖς γενητοῖς ἐναρίθμιον καταγράφοντες τὸν Υἱόν; Εἰ γὰρ ἦν μὲν οὐκ αἰεὶ, νόμῳ δὲ κτίσεως, χρόνῳ παρήχθη πρὸς ὑπαρξίν, καίτοι σοφία, καὶ δυνάμις, καὶ σύνεσις ὦν τοῦ Πατρὸς, ἀσθενῆ καὶ ἀνακιν, ἀσώφον τε καὶ ἀσύετον, ἐμολογήσουσιν εἶναι πρὸ αὐτοῦ τὸν Πατέρα, περιποιηθῆναι [ἱερ. πεποιηθῆναι] τε δώσουσι τὸν Υἱὸν ἀσώφως τε καὶ ἀνάνδρως, καίτοι πλουσίῳ περιχέμενον θαύματι, καὶ οὐκ ἐν οἷς ἡ κτίσις, ἀλλ' ἐν ἀσυγκρίτοις ὄντα ταῖς ὑπεροχαῖς. Εἰ δὲ δὴ καταμειδιῶντος αὐτῶν παντὸς, αἵματι, λόγῳ, τὸ τῆς δυσφημίας αἴσχος παρωθούμενοι, καὶ αὐτὸν ἐν σοφίᾳ καὶ δυνάμει τοῦ Πατρὸς παρῆχθαι πρὸς γένεσιν οἴονται δεῖν, ἀναγκαῖον ἠμολογεῖν, ὡς αὐτὸς ἑαυτοῦ πρεσβύτερος ἔσται λοιπὸν, καὶ πρὸς γε τοῦτω, δημιουργός. Ὑπέστῃς γὰρ ἑαυτὸν ὁ Υἱὸς, εἴπερ αὐτὸς ὦν ἡ πᾶσα σοφία καὶ ἡ δυνάμις τοῦ Πατρὸς, ἐν δυνάμει τῇ ἑαυτοῦ καὶ σοφίᾳ γέγονε. Συνίης οὖν, ὅπως πανταχῇ καταβρεῖ πρὸς τὸ ἀκαλλῆς ὁ λόγος;

B. Καὶ πάνυ.

A. Παραδειχθεῖθ' ἂν οἱ οὖν ἰδρωτὶ πολλῷ, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἠλίθιον κοιμηθῆ τὸ δόγμα αὐτοῖς. Φέρε γὰρ δὴ, τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν ταῖς ἐγγωρούσαις ἐννοίαις ὡς ἐνι διαμετρήσαντες, τίς δὴ καὶ ὀπίσθη, καὶ ἄπερ ἂν αὐτῇ πρέποι, πολυπραγμονῶμεν, ὡ τᾶν. Ἡότερα δὲ χρῆναι δημιουργεῖν πιστεύομεν, ἀφορμὴν εἰς ὑπαρξίν τοῖς γενητοῖς τὸ εἶναι θέλειν αὐτὰ διανέμουσαν, καὶ τὸ δεῖν ὑπάρξει μόνον τοῖς οὐκ οὐσί ποτε κατανεύουσαν, διαπεραίνειν τε οὕτω τὴν σύμπασαν κτίσιν, ἤγουν ὑπηρεσίαν ἔχοντα τὴν ὀργανικὴν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ μεσιτεύοντος ἐπικουρίαν ὡς ἀναγκαῖαν παρελημμένην, οἶον, εἰ καὶ τις ἀνδρὶ λιθουργῷ, τὰ δι' ὧν ἔσται λιθουργός, καὶ ποιητῆς ὧν οἶδος παρατεθεῖσθαι λέγοι;

B. Εἶτα τίς, εἰπέ μοι, καταρνησάτω ἂν, ὅτι πάμ-

⁴ Jerem. x, 12. ⁵ Joan. i, 3. ⁷ I Cor. i, 24.

πολυ τὸ θεοπρεπὲς ἐν γὰρ τῷ θελήσει μόνῃ δημιουργῶν A. nullo mulum præ se ferre divinæ majestatis? γαί;

A. Ἄριστα ἐφης· ἐπίσται καὶ ὁ θεὸς Μωσῆς ὡδέ πη καὶ οὐχ ἑτέρως παρέδειξεν ἡμῖν δημιουργοῦντα Θεόν. « Εἶπε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεός· Γενηθήτω στερέωμα, καὶ ἐγένετο οὕτως, » συνεκφαινομένης τάχα πού τῃ τῶν λόγων ἐκδρομῇ τῆς τῶν ἔργων πληρώσεως, μελλήσμου τε μηδενός τὸν μεσίτην κατ' ἐκείνους καὶ ὑπουργόν, ἐνεργοῦντά τε καὶ ὀργανικῶς κινούμενον ὑποφαίνοντος. Ἔργου γὰρ ὡσπερ ὑπόστασις ὁ λόγος ἦν, καὶ φιλὸν τὸ νεῦμα, τοῦ μὴ ὄντος ἢ πῆξις, καὶ ἐν μόνῃ τῷ θελεῖν τῶν ποιουμένων ἢ γένεσις. Ὅτε τοίνυν ἄριστόν τε καὶ πρεπωδέστατον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸ ὡδε δημιουργεῖν, τί τὴν, οὐκ οἶδ' ὅπως, μᾶλλον δὲ φληνάφως ἐξευρημένην ἐπικυρίαυ αὐτῷ, τοῦ μεσίτου καὶ ὑπουργοῦ προσνέμουσι, χρειωδέστατον Ἰῶν πεποιῆσθαι λέγοντες, ἵνα ὑπηρετοῖτο δι' αὐτοῦ πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν κτισμάτων; Ἦγνοῦσθε γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἔτι καίτοι γενητὸν, καὶ τελεῖν ἐν κτίσμασι διαθεβαίόμενοι τὸν Ἰῶν, ἀμείνω τε καὶ ἀξιολογώτερον ἀποφαίνουσι τοῦ Πατρὸς.

B. Τίνα τρόπον;

A. Εἰ δὲ μεσίτου μὲν ἀναγκαίως ὁ Πατὴρ, ἐν δὲ γὰρ μόνῃ τῷ θελεῖν καὶ νεύμασιν ὁ Ἰῶς ἂν βούλοιο κατορθοῖ, λεπρῷ μὲν λέγων ἐπ' ἐξουσίας· « Θέλω, καθαρῶσθε: » θανάτῳ δὲ ἤδη κατισχημένους, ἀνακομιζῶν εἰς ζωὴν, καὶ μὴν τυφλοὺς ἐνιέει τὸ τριπλόθῃ τὸν τε καὶ ἀθηεὺς φῶς· ἄρ' οὐκ οὐχὶ τὸν μεσίτην καὶ ὑπουργόν, ἡγουν τὸν φύσει δημιουργόν ἐν εὐκλείαις ὄντα ταῖς ἀγαν περιφανεστέραις καταθῆσθαι τις ἂν, οὐχ ὑπερσετήξει δὲ οὕτω τοῦ τεχνίτου τὸ δα- C γανον;

B. Ἔοικεν.

A. Καίτοι τί δὴ ποτε τὴν ἐπὶ τῷ χρῆναι φρονεῖν ἄρθῳ σκέψιν τε καὶ θέλησιν ὡς ἔωλον ἀτιμάζοντες, ἀπροβούλευτον ποιοῦνται τὴν ἐπὶ τὰ χεῖρω βότην, καὶ ἐπὶ μόνον ἔνται τὸ σφίσι δοκοῦν, οὐδὲ ἐκεῖνο που τάχα διενθυμούμενοι, ὡς οὐκ ἂν ἐργάσαιτό ποτε τὸ ἀνθρώπου ποιήματα, ὧν περ ἂν αὐτὸς εἴη δημιουργός, οὐδ' ἂν τὸ ὑπὸ του τεχνουργοῦμενον, τῆς τοῦ τεχνουργοῦντος οὐσίας τὸ φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἴδιον εὔ μάλα διακεκτῆσθαι, καὶ τοῦτο, ἀπαρἀλλάτως;

B. Πῶς γάρ; ἐπεὶ τοι καὶ τὸ ἔμπαιιν ἀληθές. Τέκτων γάρ, ἢ, φέρε εἰπεῖν, χαλκουργός, οὐκ ἂν γέ- D νοιντό ποτε τὰ τέχνης ἔργα, χαλκουργικῆς ἢ τεκτωνικῆς.

A. Ὅρθῳς ἐφης· καὶ αὖ τῆς ἀγαν ἀγχινοίας ἀγαμαί τε καὶ ἐπαινέσας ἔχω. Τίνα δὲ οὐκ τρόπον, εἰπερ ἐστὶ γενητὸς ὁ Ἰῶς, ἰσουργῆσαι μὲν ἀπαρἀλλάτως τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ; καὶ τὸ τῆς ἀνωτάτω πασσῶν οὐσίας ἴδιον καὶ ἐξαιρετόν ἐν ἰδίῳ φύσει λαχῶν, καλεῖ μὲν ὡς ὄντα τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ, παραφέρεται δὲ οὕτως εὐσθενέστατα καὶ ἀμογητὶ πρὸς ὑπαρξιν, ὡς ἐν γὰρ τῷ βεβουλησθαι μόνον ἀποπεραίνεσθαι τὴν δημιουργίαν; Ἦ οὐκ ὡδε δημιουργήσειεν ἂν καὶ

A. Rectissime dixisti. Divinus quippe Moyses hoc modo, nec alio, creantem nobis Deum ostendit. « Dixit enim, inquit, Deus . Fiat firmamentum, et factum est ita », una quippe cum prolatione verborum existit operum perfectio, nec ulla mora est, quæ mediatorem, ut illi volunt, ac ministrum operari et instrumentaliter moveri ostendat. Sermo enim erat operis velut existentia, et simplex nutus rei non existentis compositio, et in sola voluntate eorum quæ fiebant procreatio. Cum igitur præclarum et convenientissimum sit Deo ac Patri hoc modo creare, cur nescio quod et stulte excogitatum subsidium mediatoris ac ministri ei tribuunt, utilissimum Filium factum esse dicentes, ut ejus ministerio ad reliquas creaturas interetur? Ignorant enim, ut videtur, quod, licet factum asserant, ac in creaturarum numero censeri Filium, Patre præstantiorem ac digniorem illum efficiunt.

B. Quo pacto?

A. Si per mediatorem Pater quidem necessario, sola autem voluntate ac nutu Filius quæ velit perficiat, leproso quidem cum potestate, dicens : « Volo, mandare » : » mortuos autem ad vitam revocans, æccisque adeo lucem optatam et insolitam immittens : numquid ergo mediatorem ac ministrum, sive naturalem opificem tam illustri gloria præditum contemplantur, non superabit autem sic artificem C iamentum?

B. Ita certe.

A. At cur demum recte sentiendi voluntate ac proposito tanquam inani repudiato, in deteriora temere feruntur, et uni suæ libidini obscundant, ne illud in animum quidem inducentes, hominis 541 opus, non utique facturum ea quorum ipse sit opifex, neque id quod alicujus arte effectum est, utique in se habiturum eodem plane modo id quod proprium est artificis?

B. Quis enim inficias .re potest? quandoquidem aliud quoque verum est e converso. Architectus enim, aut exempli gratia faber ærarius, non fuerint unquam artis opera, ærariæ nimirum, aut architectonicæ.

A. Recte dicis : macte esto Ingenii subtilitate. Quomodo ergo, si factus est Filius, æqualiter prorsus cum Patre operabitur? Et quod supremæ omnium substantiæ proprium et eximium est in sua quidem natura sortitus, ad esse vocat ea quæ nunquam sunt, tanta autem vi ac facilitate ad esse traducit, ut sola voluntate perficiatur creatio? Annon eodem ipse quoque modo Pater creaverit, cum ad hoc sufficientem habeat suam naturam, et opo-

^a Gen. 1, 3-9. ^b Luc. v, 13.

rationem nullius plane creaturæ auxilio indigentem?

B. Ita res est.

A. Quemadmodum ergo quæ manu hominis et arte facta sunt, non possunt facere et operari quæ sunt hominis: eodem, opinor, modo et ratione divinæ manus opera non peregerint ea quæ Dei sunt. Cum autem creaverit et operatus fuerit Filius, non promiscue cum cæteris omnibus divinæ ipse quoque manus erit opificium, neque vero e nihilo productus est opifex, sed substantialiter potius rem sortitus est, nec minus quam ipse quoque Pater.

B. Sed cum effectus sit, inquit, a Patre, operatur ea quæ ad creaturam spectant. Dixit enim ipse quoque alicubi: « Verba quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera¹⁹. » Et rursus: « Opera quæ ego facio, non sunt mea, sed ejus qui misit me²¹. »

A. Ista quidem, sat scio, urgebunt adversarii, nunquam enim cessabunt aduherare veritatem, et ea quibus rectus eis sensus inderetur si ad incarnationis dispensationem se converterent, per summam impietatem corrumpere. Si ergo pueriliter negantes ac rejicientes Christi mysterium repellant a Verbo incarnationis dispensationem, quas velint voces ad libidinem suam consingant. Quod si astipulentur recta sentientibus, nimirum Verbum eum Deus sit, factum esse carnem, 542 et hominem nuncupatum, cur offendunt incarnationis sapientem dispositionem, et voces ei convenientissimas ad suam libidinem accommodant, et quantum in eis est, in sensum Unigeniti naturæ et gloriæ contrarium pellunt? Infelices quippe Judæi, cum Christum doctrina legalibus institutis et Mosaicis angustiis præstantiore fulgentem, miraculisque præterea omni oratione majoribus, suspicere et laudibus prosequi, et tanquam Deum glorificare deberent, istud quidem non fecerunt: sed in iras exarserunt, et præ invidia omnem veluti funem moventes, ad calumniandum impie delapsi sunt. Proindeque dicebant, modo quidem: « Hic non eiecit dæmonia nisi in Beelzebul principe dæmoniorum²²; » modo vero: « Unde huic sapientia hæc, et virtutes²³? » Atqui durum quodammodo fuisset, et ab illo sapienti consilio alienissimum, hominibus ita comparatis palam et aperte dicere se esse quidem vere Deum ex Deo, et nostri similem propter nos apparuisse, hominemque factum esse, nempe: Ego quidem sum sapientia, et boni, et virtus; ego mirabilem patratorem operum, non adscititia potestate præditus, neque alienis fulgens honoribus, sed meis proprie ac peculiariter. Non enim hæc ab eo dici sustinuisent, qui tam moderatis verbis etiam infrendebant, et more canum invadentes oblatrare audebant si quid humana

αὐτὸς ὁ Πατήρ, ἀποχρῶσαν ἔχων εἰς τοῦτο τὴν ἰδίαν φύσιν, καὶ ἀνεπικουρήτον παντελῶς ὑπὸ τῶν γενητῶν τὴν ἐνεργείαν;:

B. Ὥδε ἔχει.

A. Ὅσπερ οὖν οὐχ οἶδ' ἅτε τὰ ἐξ ἀνθρωπίνης χειρὸς· τε καὶ ἐπιστήμης ἐκτετεχνημένα. ἔργον τε καὶ ἐνεργεῖν τὰ αὐτοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον τε καὶ λόγον οὐκ ἂν ἐργάσαιο τὰ Θεοῦ· τὰ θείας ἔργα χειρὸς. Ἐπειδὴ δὲ δεδημιουργημέ τε καὶ ἐνήργηκεν ὁ Υἱὸς, οὐ τοῖς ἄλλοις ἄπασιν ἀναμιξέ φιλοτέχνημα καὶ αὐτὸς θείας ἔσται χειρὸς, οὔτε μὴν ἐξ οὐκ ὄντων παρήκται δημιουργὸς, οὐσιωδῶς δὲ μᾶλλον τὸ χρῆμα διεκκληρώσατο, καὶ οὐ μείον ἢ ὥσπερ ἂν ἔχοι καὶ αὐτὸς ὁ Πατήρ.

B. Ἄλλ' ἐνεργούμενος, φησὶν, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, ἐνεργεῖ τὰ περὶ τὴν κτίσιν. Ἐφη γάρ που καὶ αὐτός· Ἐ τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ Πατήρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. Καὶ πάλιν· Ἐ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, οὐκ ἔστιν ἐμὰ, ἀλλὰ· τοῦ πέμψαντός με. »

A. Ταῦτ' ἐμὲν οἶδ' ὅτι προσθελεῖν ἂν ἡμῖν οἱ διεναντίας· πεπαύσονται γὰρ οἰδαμῶς παρασημαίνοντες τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὰ οἷσπερ ἂν ἔποιτο νοεῖσθαι σοφῶς, εἰ περιτρέποντο πρὸς οἰκονομίαν τὴν μετὰ σαρκὸς, κακοεργότατα κινδυνεύοντες. Εἰ μὲν οὖν ἄπαρνοί τε καὶ ἀπόψηφοι παντελῶς περὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον μερικτικῶς γεγονότες, παρωθοῖντο τοῦ Λόγου τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν, μεταπλαττόντων ἀβούλως ἐπὶ τὸ σφίσι δοκοῦν ἅς ἂν βούλοιντο φωνάσ. Εἰ δὲ διὰ συννεύσειαν ὀρθά φρονεῖν ἤρημένοις, οἷ Θεὸς ὢν ὁ Λόγος γέγονε σὰρξ, καὶ κεχηρημάτικον ἀνθρώπος, τί τὸ τῆς οἰκονομίας ἀδικοῦσι σοφόν, καὶ τοὺς οἷ μάλιστα πρεπωδεστάτους αὐτῇ μεταρρυθμίζουσι λόγους ἐφ' ὅπερ ἂν ἔλοιντο, καὶ τὸ γε εἰς αὐτοὺς ἦχόν τε καὶ βλέπον, ἀντιφέρεσθαι παραπελθούσι τῇ τοῦ Μονογενοῦς φύσει τε καὶ δόξῃ; Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οἱ τάλανες, ταῖς ὑπὲρ νόμον εἰσηγήσεσι καὶ Μωσαϊκὴν στενωλεσχίαν διαπρέποντα τὸν Χριστὸν, καὶ προσέτι τοῖς ὑπὲρ λόγον τερατουργήμασιν, ὑπεράγασθαι δέον, καὶ κατακροτεῖν ἐπαίνοισ, καὶ δοξολογεῖν ὡς Θεόν, τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων, παραθηγόμενοι πρὸς ὀργάς· φθόνῳ δὲ ὥσπερ πάντα σεῖοντες κάλων, ἐπὶ τὸ δεῖν ἐλέσθαι συκοφαντεῖν ἀφιλοθέως διώλισθον. Τοιγάρτοι καὶ ἐφασκον, ὅτε μὲν, οἷ « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβούλ ἄρῃσι τῶν δαιμονίων· » ὅτε δὲ αὐ· « Πῶθεν τοῦτω ἡ σοφία αὐτῆ καὶ αἱ δυνάμεις; » Ἄλλ' ἦ πως ἐτι σκληρόν, καὶ τῆς ἐντεχνουῶς οἰκονομίας ὡς ἀπρωτάτω, τοῖς οὕτω διακειμένοις, ὡς εἴη μὲν ἀληθῶς ἐκ Θεοῦ Θεός, πέφηνε δὲ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς καὶ γέγονεν ἀνθρώπος, ἀναφανδὸν εἰπεῖν· Εἰ μὴ [γρ. Εἰμὶ] μὲν, Ὡ οὔτοι, σοφία καὶ δυνάμεις, ἐγὼ δὲ τῶν παραδόξων ὁ τεχνουργός, καὶ οὐκ εἰσποίητον ἔχων τὴν ἐξουσίαν, οὔτε μὴν ὀθνεῖως ἐπαυχῶν ἀξιωμασιν, ἀλλ' ἰδικῶς τοῖς ἐμοῖς. Οὐ γὰρ ἂν, εἰ τὰδε ἔφη, διεκαρτέρουν οἷ γε καὶ τοῖς οὕτω μετρίοις ἐπέτριζον

¹⁹ Joan. xv, 10. ²¹ ibid. 12. ²² Matth. xii, 24.

²³ Matth. xiii, 54.

λόγοις, καὶ κυνηθῶν ἐπιθρώσκοντες, καθυλακτεῖν ἑπετόλμων, εἰ ποῦ τι καὶ παρεφθέγγατο τῶν τῆς ἀνθρωπότητος ἐπέκεινα μέτρων. Ὑποτεμνόμενος τοῖν αὐτῶν τῆς ἀβελτηρίας τὸ πολὺ, καὶ κατακαμίζων κατὰ βραχὺ πρὸς ἀμείνω διάσκεψιν, καὶ ἀστείως ἀποφέρων τοῦ μὴ δεῖν οἰεσθαι τὸν τῶν ὄλων δεσπότην καὶ Θεὸν ἐν Βεελζεβούλ ἐνεργεῖν, τὴν τῶν ἀποτελεσμάτων λαμπρότητα τῇ ἀφράστῃ δυνάμει προσνέμει τοῦ Πατρὸς, καὶ τῇ θείᾳ μᾶλλον ἀνάπτει φύσει, τὰ αὐτῇ μάλιστα πρεπωδέστατα. Ὡς δὲ ὑπάρχουν αὐτὸς ἐν Πατρὶ, καὶ τὸν ἴδιον ἔχων ἐν ἑαυτῷ γεννήτορα, διὰ γε τὸ ταυτὸν ἀπαραιοτήτως καὶ οὐσιωδῶς, τὸν Πατέρα ἐφασκεν ἐν ἑαυτῷ μένοντα, τὰ ἔργα πληροῦν. Οὐ γὰρ τοι κατὰ τὸ ἀληθὲς οἰοῖτό τις ἂν, εἰ γε νοῦν ἔχοι, τὸ Θεῷ πρόπον τε καὶ ἰδικῶς ἀνακαίμενον ἔργον εἶναι σαρκὸς, ἤγουν ἀνθρωπότητος, τῆς ἀναγκαίας τε ἅμα καὶ ἀληθοῦς ἐννοίας ἀφαιμαρτεῖν τὸν λόγον.

B. Οὐ γὰρ οὖν ἔχει γὰρ ὀρθῶς.

A. Φαίην δ' ἂν, ὅτι καὶ τοῖς σφῶν αὐτῶν διαμαρτυροῦνται λόγοις, ἐνεργούμενον ἐνεργεῖν εἴπερ οἴονται τὸν Λόγον, καὶ πρὸς γε δὴ τοῦτω καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Πατέρα δυσσεβῆσιν ἔτι.

B. Φράσον ὅπως νοεῖν γὰρ οὐκ ἔχω.

A. Οὐ γὰρ, ὦ φιλότης, τὸ δοτὸν ὀψοῦν ὑπὸ ὀψοῦν, καὶ ἀφαιρετέον εἶναι ἂν, εἰ καὶ μὴ ἀφαιροῖτο τυχόν, ἐννενοηκότος ὀψω τινὸς τὸ ἀφελῆσθαι δεῖν, ὃς ἂν οἶός τε ἦ τοῦτο ὀψῆν; Τὸ δὲ δὴ τοῖς φύσεως νόμοις οὐκ ἔρηρισμένον, εἰσπολιχτὸν δὲ καὶ θύραθεν, οὐκ ἀπόδλητον ἔσται τισὶ, τῷ παθεῖν δύνασθαι τὴν ἀποβολὴν, καὶ εἰ μὴ πάθοι τυχόν;

B. Καὶ μάλα.

A. Θεὰ δὴ οὖν, ὅσον ἐν γε τουτωῖ κατὰ τοῦ Μονογενοῦς τὸ δυστέθημα. Εἰ γὰρ ἐνεργούμενος ἐνεργεῖ, καὶ δοτὸν αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ ἰσχύσαι δημιουργεῖν, τί τὸ λυποῦν ἔτι μεθ' ἡμῶν εἰπεῖν: « Χάρτι Θεοῦ εἰμι ὃ εἰμι, καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ, ἡ εἰς ἐμὲ, οὐ κενὴ ἐγενήθη; » καὶ, « Χάρις δὲ ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, » πῶς ἂν ἔτι διακηρύξαιεν, εἴπερ ἔλοιτο μὴ ψευδομυθεῖν, ὁ σωφύτατος Παῦλος; Πῶς γὰρ ἂν γένοιτο χάριτος τῷ Πατρὶ συνδοτῆρ, ὁ χάριν ἔχων ἐφ' ἑαυτῷ; Λογισμοῦ δὲ, οἶμαι, τοῦ καθήκοντός τε καὶ ἀληθοῦς ἀφαστήξαιεν ἂν οὐτι που, τὸν Μονογενῆ καὶ Ἰῖδν εἴπερ οἰοῖτό τις, ὅτι τὸ δημιουργεῖν εἰκαθὸν αὐτῷ, καὶ ἀπρακτῆσαι ποτὲ, παρελέσθαι τὸ δοτὸν ἐθελήσαντος τοῦ Πατρὸς, καὶ τῆς Ἰοῦ φύσεως ἀποσοβῆσαι τὴν ἐνέργειαν, ἐφ' ἧς, ὡς φασι, κινούμενος, δέδεικται ποιητῆς. Τὸ γὰρ ὑπὸ του κινούμενον, κατηρημησῆσιν ἂν, εἰ μὴ κινοῖτο τυχόν, ὅτε δὴ φύσεως ἰδίας καρπὸν οὐκ ἔχει τὴν κίνησιν.

B. Ἀληθές.

A. Καὶ πρὸς γε δὴ τοῦτω, τὸ δεινὸν αὐτοῖς καὶ πικρὸν, ἔωλον ἔσται σόφισμα.

B. Τὸ τί δὴ;

A. Οὐ γὰρ δὴ διεκτυθάνου σεμνολογούντων ἡμῖν ἀρτίως τὰ περὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐξαισόντων ἐπ-

A conditione majus prolocutus esset. Præcidens itaque illorum insaniam, et sensim ad meliorem mentem adducens, ac scite avocans ab opinione qua putabant universi Dominum ac Deum in Beelzebub operari, rerum gestarum claritatem ineffabili Patris virtuti tribuit, ac naturæ divinæ assignat quæ ei maxime congruunt. Ut autem existens ipse in Patre, et suum habens in se genitorem, propter identitatem incommutabilem et substantialem, Patrem aiebat in se manentem opera perficere. Non enim sanæ mentis ullus ullus revera putaverit, id quod Deo convenit, eique proprie tribuitur, opus esse carnis, aut humanitatis, si sola et secundum se concipiatur. Neque vero existimo id quod diximus vero et necessario sensu destitui.

εἰ νοῖτο μόνη καὶ καθ' ἑαυτήν. Οἶμαι δὲ οὐτι που

B. Nullo modo : recte enim se habet.

A. Addiderim autem ipsos suis dicitis pugnatorios, si putant Verbum **543** agere, cum effectum sit, et præterea in ipsum Patrem impie peccaturos.

B. Dic quo pacto; neque enim id assequor.

A. Numquid, amice, quod datum est alicui a quovis, etiam auferri potest, licet forte non auferatur, cum de auferendo nondum quisquam cogitaverit, cui sit ejusce rei faciendæ potestas? Quod autem naturæ legibus firmatum non est, sed adventitium est atque externum, numquid decedere poterit aliquibus, eo quod jacturam pati potest, etiamsi forte passum non sit?

B. Omnino.

C. A. Vide ergo quanta ista sit adversus Unigenitum impietas. Nam si factus agit, eique data est a Patre creandi potestas: quid vetat jam quominus dicat nobiscum: « Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit¹⁴; » et: « Gratia autem vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo¹⁵, » quo pacto deinceps dicet, si vere loqui velit, Paulus ille sapientissimus? Quomodo enim simul cum Patre gratiæ largitor erit, qui gratiam habet in seipso? Nequaquam autem alienum a vera et recta ratione fuerit, si quis creare Unigenito et Filio frustra esse putet, et cessaturum eum dicat: Patre, quod datum est eripere, et a natura Filii operationem removeare volente, qua motus, ut aiunt, opifex declaratus est. Nam quod ab aliquo movetur, cessaverit quidem, nisi forte moveatur, cum motio non sit ei utique naturalis.

B. Verum est.

A. Addo, subtile illud et aere eorum cavillum irritum fore.

B. Quodnam, quæso?

A. Nunquid magnifice de Patre modo loquentes illos audisti, et ultra humille illud et abjectum di-

¹⁴ I Cor. xv, 10. ¹⁵ I Cor. i, 3.

cendi genus auollentes? Utiliter enim ac necessario productum esse dicebant Filium, ut quoniam res omnes per se facere et creationi intentum esse Patrem non decet, Filius ipso minor cætera perscreret.

B. Audi.

A. Quonam igitur abibit illa sapiens rerum formatio, siquidem omnino Pater creationis peregit opus per Filium? Operari enim alicujus interventu quod motu careat proprio et spontaneo ad id quod se offert, sed instrumenti loco sit, ego certe dixerim esse procul dubio per sese operari. **544** Porro stultum est dicere quod indignum sit Deo ac Patre, cæteris quidem attentum esse velut exiguis, de Filio vero non item. Quid enim est creatum, quod non exiguum sit, si Dei naturæ comparetur? Alioqui sciant se immensam naturam metiri, dum quædam parva esse statuunt, si ad ipsam referantur, hoc autem magnum et supernaturale esse, nec multum dissitum nugantur.

B. Optime dixisti.

A. Relictis ergo, Hermia, inanibus argutis, nugisque magnificis, ad ipsam demum ac solam veritatem pergamus, fateamurque Deum esse, et ex Deo Patre effulsisse secundum naturam Unigenitum. Et, si revera est principii expers antiquissima et increata natura, valeat calumnia et impostura. Revera enim existens Dei Verbum, quo pacto demum tarde genitum ac factum admiserimus, neque nos continuo quivis, opinor, sanus insanire dixerit? Alioquin dic, quæso, nunquid verum esse quod dicam confessurus es? Filium enim si quis nominaverit Dei, non alium, ut reor, intellexerit, quanvis innumeri sint adoptivi et ascititii, sed ad illum ipsum unum naturalem ac verum celeri et certo cursu fertur auditorum animus. Annon verum istud tibi videtur?

B. Etiam.

A. Sicut ergo cum unus sit in nobis naturalis ac verus Deus, si quis nostrum Deum nominet simpliciter, non equidem alterius significationem animo complectemur, licet tam multi Dei nomen adepti sint et in cælo et in terra, ut scriptum est: ita unum illum ac vere Filium piorum mens acute perspiciet, si quis plane Filium Dei nominet, ac dictis præterea istud adjecerit.

B. Quodnam istud ais?

A. Numquid, o bone, concedes id quod vere est, unum quiddam esse ac non multa? Hoc autem est Deus, sive Dei natura.

B. Concesserim equidem.

ἄκεια τοῦ κατὰ σφας ταπεινοῦ τε καὶ καταβεβλημένου τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον; Παρήχθαι γὰρ ἑφασκου χρειωδῶς τε καὶ ἀναγκαίως εἰς ὑπαρξίν τὸν Υἱὸν, ἔν' ἐπίπερ ἐστὶ τὸ ἐφ' ἄπατιν αὐτουργικὸν ἀκαλλῆς τῷ Πατρὶ, καὶ τὸ εἶναι τῇ κτίσει προσεχῆ, τὸ μετὸν πως ἢ κατ' αὐτὸν, τουτέστιν, ὁ Υἱὸς, ἐργάσαιτο τὰ λοιπά.

B. Ἐπυθόμην.

A. Ποῖ δὴ οὖν ἄρα τὸ σοφὸν αὐτοῖς διοίχεται πλάσμα, εἴπερ ὄλωσ ἐνήργηκεν ὁ Πατὴρ δι' Υἱοῦ τὰ περὶ τὴν κτίσιν; Τὸ γὰρ ἐνεργεῖν διὰ μέσου τινός, κίνησιν μὲν οὐκ ἔχοντος τὴν ἐπὶ τὸ τυχὸν αὐτοκέλευστόν τε καὶ ἰδικὴν, οἶονε δὲ πως τὴν ὀργανικὴν ὑπομένοντος, φαίην ἂν ἔγωγε τὸ αὐτουργεῖν εἶναι καὶ ἀναμφιλόγως ἐστίν. Ἐβήθη δὲ ἤδη καὶ τὸ ἀκαλλῆς εἶναι λέγειν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὸ προσεχῆ μὲν εἶναι τοῖς ἄλλοις, ὡς μικροῖς, ἐφ' Υἱῷ γε μὴν οὐκ ἔτι. Τί γὰρ οὐ βραχὺ πρὸς Θεοῦ φύσιν, τῶν γε ἅπαξ τελούντων ἐν γενητοῖς; Ἡ ἴστωσαν ἀναμετροῦντες τὴν ἀμέτρητον φύσιν, σμικρὰ μὲν ὡς πρὸς αὐτὴν ἀναγράφοντές τινα, τὸ δὲ ὅτι μέγα καὶ ὑπερφυῆς, καὶ οὐ λίαν ἀφεστηχὲς, οὐκ οἶδ' ὅπως πεφλυαρηκότες.

B. Ἄριστα ἔφης.

A. Μεθέντες δὴ, ὦ Ἑρμεία, τὸ σοφίζεσθαι περὶ τὰ, καὶ οἶονε τὸ σεμνοληρεῖν, ἐπ' αὐτὸ δὴ καὶ μόνον ἔωμεν ἤδη τὸ ἀληθές, ὁμολογεῖν ἐγνωκότας, ὡς ἐστὶ Θεός, πέφηνέ τε κατὰ φύσιν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ὁ Μονογενής. Καὶ εἴπερ ἐστὶ τὸ δν ἀληθῶς, ἢ ἀναρχός τε καὶ πρεσβυτάτη, καὶ ἀγένητος φύσις, ἐβρέτω σοκοφανεία καὶ φενακισμός. Τὸν γὰρ δντως δντα τοῦ Θεοῦ Λόγον ὀψιγενῆ καὶ πεπονημένον πῶς ἂν ἐτι παραδεξαίμεθα, καὶ οὐχὶ τῶν ἀρίστων ἡμᾶς ἀπολοισθεῖν βουλευμάτων, πᾶς ὄστισούν, οἶμαι, τῶν εὖ φρονούντων ἐρεῖ; Ἡ ἐκεῖνο φράσον (ἐρήσομαι γὰρ), ἄρ' οὐκ ἀληθές ὁμολογήσαις ἂν ὄ φημι; Υἱὸν γὰρ εἴπερ τις ὀνομάσαι Θεοῦ, οὐκ ἔτερον, οἶμαι, τὸ ἐννοήσειεν ἂν, καίτοι πλείστων ὄσων εἰσπεποιημένων εἰς υἰοθεσίαν, ἀλλ' ἐπ' ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς τῶν ἀχρωμένων ὁ νοῦς ὄξει καὶ ἀναμφιλόγω φέρεται δρόμῳ. Ἡ οὐκ ἀληθές εἶναι σοὶ τὸ χρῆμα δοκεῖ;

B. Ναί.

A. Ὅσπερ οὖν ἐνός δντος ἐν ἡμῖν τοῦ κατὰ φύσιν τε καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ, εἴπερ τῷ τὸν καθ' ἡμᾶς Θεῷ ὀνομάται δοκοῖη προσθέντι μηδὲν, οὐδ' ὄσον εἰς νοῦν εἰσοδεξαίμεθα ἂν τὴν ἐτέρου δήλωσιν, καίτοι πληθῶς οὕτω πολλῆς εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ κλῆσιν εἰσοδεγεμένης ἐν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καθὰ γέγραπται: οὕτω τὸν ἕνα καὶ ἀληθῶς Υἱὸν ὄξύτατα διασκέφαιτ' ἂν τῶν φιλοθέων ὁ νοῦς, εἴπερ τις ὄλωσ Υἱὸν ὀνομάσαι Θεοῦ, προσθεῖεν δ' ἂν ἐτι τοῖς εἰρημένοις καὶ τὴ δόξ.

B. Τὸ ποῖόν τι φῆς,

A. Οἷ γὰρ, ὦ βέλτιστε, φαίης ἂν τὸ ἀληθῶς δν, ἐν εἶναι τι καὶ οὐ πολλά; Τοῦτο δὲ ἐστὶ Θεός, ἦτοι Θεοῦ φύσις.

B. Φαίην ἂν.

A. Ἄρ οὖν οὐκ ὄντα ἐστὶ τὰ πεποιημένα καὶ κλημένα πρὸς ὑπαρξιν δι' αὐτοῦ;

B. Ὅντα μὲν· πῶς γὰρ οὐ; Τὰ γε ὁμοῦς ὑφειστηκότα, πλὴν κατὰ μίμησιν τοῦ ὄντος ἀληθῶς.

A. Ἐπιφηφισοῦμαι τὸ ἀληθῆς ἀριστά σοι διεγνωστόν. Παρακλέπτει γὰρ πῶς ἀεὶ τὴν τοῦ φύσεως δόξαν τὸ κατὰ μίμησιν τοῦ ἀληθῶς ὄντος. Τὸ γοῦν ἀληθῶς ὄν, ἐστὶν ἓν. Κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, καὶ εἰ πολλοὶ καλοῦντο θεοὶ καὶ υἱοὶ, ἀλλ' εἰς ὃ φύσει καὶ ἀληθῶς Υἱὸς καὶ Θεὸς, ῥίζαν ἔχων ὡσεὶ τινὰ τῆς ἀφράστου γεννήσεως, τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν. Τοιγάρτοι καὶ συναθροιστὸς πρὸς τε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀγγέλων ὁμολογοῖτο ἅν εἰκότως, καὶ οὐχὶ παρῆχθαι δημιουργικῶς μετὰ τῶν κτισμάτων, καθὰ φρονεῖν ἔδοξε τοῖς διεστραμμένοις, οἱ τὴν ἀληθῶς ἀλήθειαν ἠγνοῦσιν, τουτέστι Χριστὸν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

A. Annon ergo res factæ et per ipsum productæ entia sunt?

B. Sunt vero: quidni enim? Verumtamen subsistunt, sed imitando verum ens.

A. Suffragabor tibi verum optime dijudicanti. Quod enim verum ens imitatur, opinionem naturalis entis quodammodo suffuratur. Verum igitur ens unum est. Eodem, opinor, modo, licet multi vocentur dii ac filii, unus tamen est naturalis ac verus Filius ac Deus, radicem habens veluti quamdam ineffabilis generationis, Patris nempe naturam. Proindeque merito cœternum illum nos cum sanctis angelis, jure fatemur, neque per creationem conditum, ut hæretici statuunt, qui veram veritatem ignorant, hoc est Christum, per quem et cum quo Deo ac Patri gloria, cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Ε΄.

Ὅτι τὰ τῆς θεότητος ἴδια καὶ ἡ δόξα, φυσικῶς ἐν τῷ Υἱῷ καθὰ καὶ ἐν τῷ Πατρὶ.

DIALOGUS V.

Quod quæ ætatis propria sunt, et gloria, naturaliter sint in Filio quemadmodum et in Patre.

A. Εἶσιν ἐκ παντὸς ἡμῖν, ὡς εἶπες, συμβήσεται λέγου πιθανοῦ τε καὶ ἀναγκαίου, τὸ ὄψιγενῆ μὲν οὐτι πῶς, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ πεποιηθῆναι μῶμον ἀνεξίτητον ἔχοντα τὸν Υἱὸν, ἀναφῆναι δὲ μᾶλλον ἐξ αὐτῆς ὁμολογεῖν τῆ; οὐσίας τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, ὑψηλὴν καὶ ὑπερφυᾶ λαχόντα τὴν δόξαν, καὶ ταῖς ἐπέκεινα μέτρου καὶ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς παντὸς γενητοῦ διάττοντα φύσιν, ὑπερνεγκεῖν τε τοσοῦτον, ὅπόσον ἂν οἰοιτό τις καὶ αὐτὸν τὸν Πατέρα.

B. Σύμφημι· φρονεῖς γὰρ ὀρθῶς. Ἄτάρ, εἴτοι φίλον, ἐρῶ δὴ τι πάλιν.

A. Καὶ μὴν, ὦ ἑταῖρα, καθικοίμην ἂν ὡς ἡδιστα τε καὶ ἀκνότεα πρὸς γε τὸ χρῆναι γεννικῶς τοῖς διακυκῶσι τάληθες ἀντιφέρεσθαι λόγοις. Ὁ γὰρ πρᾶος, ἔστω καὶ μαχητῆς, ἱερὸς ἡμῖν ἀναπεφώνηκε λόγος, οὗ δὲ ἀλλὰ πέριαινε τὸ δοκοῦν, εἰς νοῦν ἔχων τὸ γεγραμμένον· « Ἀμელγε γάλα, καὶ ἔσται βούτυρον. »

B. Ἴσθι δὴ οὖν, ὡς εἰ διατύθωντό σου, Θεὸν ἀληθινὸν καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατονομάζοντος τὸν Υἱὸν, αὐτίκα δὴ μάλα ἐρουντας τοὺς διεναντίας· Τὸν ἓν γε δὴ τούτοις, ὡ πανάριστος, κατὰ σὲ, πῶς οὐκ ἰθὺς ἐπαυχεῖν ἀγαθοῖς πρέπει ἂν μᾶλλον, καὶ οὐχ

A. Bene habet; ex omni, ut videtur, illa verisimili et necessaria disputatione conficietur, non quidem sero genitum esse, et creati notam in se habere Filium, sed fatendum potius ex ipsa Patris substantia novum esse Deum verum de Deo vero, summa et supernaturali gloria præditum, et immensa atque incomparabili eminentia cunctæ rei creatæ naturam transcendentem, tantumdemque præcellere quantum ipse quoque Pater censetur.

B. Assentior: recte enim sapis. Cæterum, si libet, aliquid rursus dicam.

A. Atqui juverit, amice, argumentis illis quibus veritas labefactatur viriliter obsistere. Qui enim mansuetus est, sit pugnator, sacra nobis dicta inclamant: cæteroquin ipse perage quod libet, in animo habens id quod scriptum est: « Mulge lac, et erit butyrum ¹⁰. »

B. Scias ergo adversarios, si te audierint Deum verum et consubstantialem Patri nominare Filium, statim utique dicturos: qui ejusmodi est, ut vis, o bone, quomodo non suis bonis potius gloriari deceat, quam externis clarere? Deus enim

¹⁰ Prov. xix, 53.

vere cum sit, ex se perfectissimus est, absolutus, ac nullius, opinor, rei tali naturæ insitæ prorsus indigus.

A. Quid ais? quam audax oratio, et præceps ad Injuriam! Dic tamen aperte quo pacto nobis rudis illa perversorum cæterva blasphemiarum adeo temerariarum turbam excogitaverit.

B. Si Deus, inquit, verus et consubstantialis est Patri Filius, a se habebit ea per quæ Deus est, ac suis magis quam Patris gloriabitur prærogativis. Quod enim habere cernitur, illud est a Patre, divinitusque traditum. Vivere enim se dixit per Patrem: glorificatur, et sanctificatur ab ipso, et tertio die revixit virtute Patris, ipsumque divinitatis nomen per participationem obtinet, et adorat nobiscum atque subicitur Patri, et regnum accipit, ac potestatem: sacræ enim ac divinæ Litteræ ista nobis tradiderunt.

A. Ah! Hermia, quantum et quam grave blasphemiarum agmen veritatem circumssistit, oique oblatrat! At tempus est, ut videtur, instruendi nos quoque Dei armatura, et gladii spiritualis, quod est Verbum Dei, viriliter educendi, nihilque metuentum est, licet spurcioribus adhuc et magis efferatis sermonibus invadant. Cæterum si promiscue ac sine ordine disceptatio nobis procedat, facile nobis ex hoc in illud, ac rursus ex illo in istud sermo transilliet, obscuram ac deformem cognitionem reddens. Verum autem et sincerum palam utique faciet, si distincte ac seorsim unamquamque blasphemiam examinet. Age ergo distincte ac sigillatim et ordine dicamus. Prius autem istud abs te quærere velim, utrum theologorum sententias veras et rectas existiment, aut eas stultissime repudient ac pro nihilo ducant?

φωνάς, ταῖς ἐπ' ἀληθείᾳ καὶ ὀρθότητι στεφανοῦσι παρ' οὐδέν;

B. Veras esse dicent, opinor.

A. Scribit ergo sanctissimus et præstantissimus Paulus de Unigenito: « Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem nominum factus, et habitu inventus 547 ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium, et terrestrium, et infernorum, et omnis lingua constiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris 17. »

B. Quidnam istud est? quæso.

A. Nonne in duo tempora rem tribuit? Unum enim tempus statuit, primum scilicet illud et in principio, quo erat Verbum, in forma et æqualitate

α τοῖς θύραθεν ἐναγκαλισθεῖν δεῖν; Θεὸς γὰρ ὁ ἀληθῶς, ἐξ ἑαυτοῦ παντέλειος, ἀριτῶς τε καὶ ἀπροσδεχῆς πρὸς δτιοῦν, οἶμαι, τῶν τῆ τοιαύτῃ φύσει προσπεφυκότων.

A. Τί φῆς; ὡς θραυτός ὁ λόγος, καὶ ἀπονένευκα μὲν ἀσχετῶς εἰς τὸ λυποῦν! Φράζε δ' οὖν ὁμοῦ ἀναφανδόν, τίνα δὴ τρόπον ἡμῖν, ἀκρίτων οὕτω δυσφημιῶν ἔχλον, τὸ σκαιὸν τῶν διεστραμμένων κεκαινοῦργηκε στίφος.

B. Εἰ Θεός, φησὶν, ἀληθινός καὶ ὁμοούσιός ἐστὶν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ὅκωθεν ἔχεται τὰ δι' ὧν ἐστὶ Θεός, καὶ ἰδίοις μᾶλλον, ἤγουν τοῖς παρὰ Πατρός, ἐπαυχεῖται πλεονεκτήμασιν. Ὁ γὰρ ἂν ἔχων ὄρωτο, τοῦτό ἐστι παρὰ Πατρός καὶ θεόδοτον. Ζῆν γὰρ ἔφη διὰ τὸν Πατέρα, καὶ δοξάζεται καὶ ἀγιάζεται παρ' αὐτοῦ, καὶ ἀνεβίω τριήμερος τῆ δυνάμει τοῦ Πατρὸς, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα πεπλοῦται μεθεκτῶς, καὶ προσκυνεῖ μεθ' ἡμῶν καὶ ὑποτάσσεται τῷ Πατρὶ, καὶ θεοσιεῖται δέχεται καὶ ἐξουσίαν· ἱεροὶ γὰρ ἡμῖν καὶ βίαιοι ταυτὶ παρέδωκαν λόγοι.

A. Τοῦ, ὦ Ἑρμεία! ὡς πάμπολυς καὶ δεινός βλασφημιῶν ἀριθμὸς, οἰοεὶ πως ἐν κύκλῳ περισχῶν τὴν ἀλήθειαν ἀνοσίως καθυλακτεῖ! Καὶ καιρός, ὡς εἰκοιν, ἐναρμόσασθαι καὶ ἡμᾶς τῆ τοῦ Θεοῦ παντευχίᾳ, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος μάχαιραν, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, παρεξάγειν ἀνδρικῶς, κατορθώδουντας οὐδέν, κἂν εἰ τοῖς αἰσχλοῖσι ἐτι καὶ ἀγρωτέροις ἡμᾶς καταπατοῖεν λόγοις. Ἄλλ' εἰ μὲν τοι χυδῆν τε καὶ οὐκ ἐν τάξει τὰ θεωρήματα, διοισθήσειεν ἂν εὐκόλως ὁ λόγος ἡμῖν ἐκ γε τουτοῦ πρὸς ἐκεῖνο, καὶ αὖ ἐξ ἐκεῖνου πρὸς τοῦτο, δυσειδῆ καὶ δυσκἀτοπτον τὴν ἐφ' ἐκάστην γνῶσιν ἀποτελῶν. Παραδείξειε δ' ἂν εὐμᾶτα τὸ ἀληθές καὶ ἀδιαβλήτως ἔχον, εἰ διεσταλμένην τε καὶ ἀναμέρος τὴν ἐφ' ἐκάστη τῶν δυσφημιῶν ποιῶτο βάσανον. Φέρε δὴ οὖν εὐκρινέστατά τε καὶ ἀναμέρος; καὶ ἐν τάξει λέγωμεν. Προαναπυθέσθαι δὲ σου βουλοίμην ἂν τότε, πότερα τὰς τῶν θεηγόρων ψήφοις, ἤγουν ἀνοῦστατα διωσάμενοι, ποιήσονται

B. Ἄψευδεῖν ἐροῦσιν, οἶμαι που.

A. Γράφει τοίνυν ὁ ἱερώτατός τε καὶ πανάριστος Παῦλος περὶ τοῦ Μονογενοῦς· « Τοῦτο φρονεῖσθε ἐν ἡμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἄρπαγμὸν ἠγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιωματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι ἐρεθεις ὡς ἄνθρωπος, ἐταπεινώσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Διὰ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἔχαρισατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς. »

B. Τί οὖν τοῦτο; λέγε.

A. Οὐ γὰρ δυσὶν, ὦ φιλόττης, διανέμει καιροῖς τὴν ἀφήγησιν; Ἐνα μὲν γὰρ ὀρίζει καιρὸν, τὸν ἐν ἀρχαῖς τε καὶ πρῶτον, καθ' ὃν ἦν ὁ Λόγος ἐν μορφῇ

¹⁷ Philipp. II, 5-11.

καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς· δεύτερον δὲ, καὶ ἐν τοῖς ὑστέροις, καθ' ὃν οἰονεῖ πως μεθεῖς τὸ εἶναι ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς, κεκένωκεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ αὐτὸν ἀνατλάς τὸν ἐπὶ σταυροῦ θάνατον. Τότε γὰρ δὴ καὶ τὸ φύσει μετὸν αὐτῷ καὶ οὐσιωδῶς, εἰσποιητῶς ἐλεῖν καὶ ὡς ἐν χάριτος τάξει νενομίσταί, φημί δὴ τὸ ἄνομα τὸ ὑπὲρ πάντων ὄνομα, καὶ τὸ προσκυνεῖσθαι πρὸς τε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

B. Ὅδε ἔχει.

A. Ἄπας τοίνυν ἡμῶν τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ὁ λόγος ἐπ' ἄμφω βλέπει. Ὅτε μὲν γὰρ οὕτω καθιγμένον εἰς κένωσιν θεολογεῖ τὸν Υἱὸν, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς θεότητος ὕψει, καὶ ἐν οἷς ὁ Πατὴρ· ὅτε δὲ αὐτῷ, ῥοπαῖαις ἐθελουσίαις, φειδοῖ τε τῆ πρὸς ἡμᾶς, κεκλεισμένον εἰς κένωσιν, καὶ εἰς τὴν τῆς σαρκὸς ἀδοξίαν τῶν ἄνω καταφοιτήσαντα παρίστησιν ἐναργῶς. Ἄρ' οὖν (ἐρήσομαι γὰρ) σοφοὶ καὶ ἀγγίνοι καταλογισθεῖεν ἂν οἱ διψῶν καὶ διπλοῦν τὸν ἐν γυ τουτοῖσι προσιέμενοι λόγον, καὶ καιροῖς διανέμοντες τοῖς καθήκουσι τὴν μυσταγωγίαν, ἢ οἷπερ ἂν δίζεταν ἀνάχυσιν τινα καὶ ἀναφυρμῶν πραγμάτων τε ἅμα καὶ καιρῶν ἐπινοεῖν, ὡς ἀνάπτειν οὐ διεσταλμένως, τὰ μὲν σαρκὸς καὶ διὰ τὴν σάρκα, τῷ ἐκ Πατρὸς φύντι Λόγῳ, τὰ δὲ τοῦ Μονογενοῦς Ἰδία καὶ ἐξαιρέτα, καταγράφειν σαρκὶ καὶ χρόνῳ τῷ κατ' αὐτήν.

B. Καὶ πῶς ἀμφιλογῶν, ὡς ἄμεινον δῆπου, Χριστὸν μὲν ἔνα καὶ Υἱὸν ὁμολογεῖν, κατὰ τὰς Γραφάς, ἐπινοεῖς γε μὴν καὶ τῆ θεωρίᾳ τῆ κατὰ τὸν λόγον, ἔως μὲν ἦν τῆς πρὸς σάρκα καθ' ἔνωσιν συνδρομῆς ἀφεστηκῶς ὁ Μονογενῆς, τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασιν ἐπαυχεῖν ἐκπρεπῶς, ὡς ἰδικοῖς τε καὶ φυσικοῖς· ἐπεὶ δὲ σαρκὶ συντηνέχθη καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, τότε δὴ, τότε καὶ τὰ ἐκ τοῦ κεκένωσθαι λαβεῖν;

A. Ἀναγκαῖος τοιγαροῦν ὁ ἐπ' ἄμφοιν ἔστι λόγος, εἰ τὰ ἐκάστην πρέποντα βασιανίζοι καιρῷ.

B. Καὶ μάλα.

A. Τὸ δὲ δὴ καὶ φύρδην ἀναχεῖσθαι τὰ ἐπ' ἄμφοιν ἔβην, ἡλίθιον παντελῶς. Παιρηθήσεται γὰρ κατασκοπεῖσθαι ἡμᾶς καὶ ἐπιθολοῦν τὸ ὀρθῶς ἔχον εἰς γνώσιν.

B. Ἀληθές.

A. Ὅ δὴ, ποτὲ μὲν ὡς Λόγος ὢν ἔτι καὶ Μονογενῆς ἐκ Πατρὸς, ποτὲ δὲ ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὅτι τοῦτο πρωτότοκος καὶ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, ἄρ' οὐχὶ προπεπρωσάτα τε καὶ ἐντεχνέστατα δι' ἄμφοιν ἂν τοῖν λόγων, καὶ τοῦ πρὸς λῆξιν τὴν ἀνωτάτω διερχόμενος, καὶ τοῦ πρὸς τὰ κάτω καὶ εἰς ἡμᾶς καθιγμένου τε καὶ ὑφικάνοντος, εἴπερ ἦν αὐτῷ θέλησις τε καὶ σκοπός, τὸ ἀναπεῖθειν τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς εἴη μὲν ἀληθῶς ἐκ Θεοῦ Θεός, καθίκοιτο δὲ δι' ἡμᾶς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ τὸ τῆς κενώσεως οὐκ ἀτιμάζοι μέτρον, ἤγουν αὐτὸς ἑαυτοῦ καταψηφιεῖται τὸ ἄστοφον καὶ τὸ μὴ ἄγαν βεβουλεῦσθαι καλῶς, τὸ μὲν καθ' ἡμᾶς γενέσθαι μὴ παρωθούμενος, ἐπερυθριῶν δὲ λόγοις, οἷς ἂν οὐδαμῶς τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ἐπι-

Patris : alterum et posterius, quo veluti dimittens esse in forma et æqualitate Patris, exinanivit semetipsum, formam servi accipiens et ipsam in cruce mortem sustinens. Tunc enim sane etiam quod ipse natura et substantialiter habebat, aliunde quodammodo et gratiæ ac doni loco accipere putatus est, nomen videlicet super omne nomen, et adorari a nobis ipsis et sanctis angelis.

B. Ita res est.

A. Omnis ergo divinitus afflatæ Scripturæ sermo utrumque respicit. Modo enim Filium nondum ad inanitionem venisse docet, sed in divinitatis sublimitate esse et Patris gloria : modo vero spontaneo motu et misericordia nostri, intra inanitionem coereditum, et in carnis ignobilitatem cœlitus delapsus clare demonstrat. Cedo igitur, num sapientes et acuti censeri debeant, qui bipertitam ac duplicem in his rationem admittunt, et congruis temporibus mysteriorum explicationem tribuunt, an qui confusionem quamdam et permisionem rerum simul ac temporum videntur inducere, ita ut promiscue quæ carnis sunt, et quæ propter carnem, assignent Verbo ex Patre genitæ : quæ autem Unigeniti propria sunt ac peculiariora, ad carnem et incarnationis tempus referant.

B. Qui vero dubium esse potest, quin satius utique sit Christum unum ac Filium fateri, secundum Scripturas, cæterum concipiendi modo et loquendi ratione, quamdiu certe Unigenitus cum carne unitus non fuit, divinitatis honoribus ceu propriis et naturalibus fuisse conspicuum : postquam autem carni unitus et factus homo est, tunc sane, tunc accepisse etiam ea quæ cum inanitione conjuncta sunt?

A. Necessaria igitur est duplex illa ratio, si inquirentur ea quæ unicuique temporum congruunt.

B. Ita prorsus.

A. Utramque vero 548 sinere confundi ac permisceri stultum est prorsus. Obscuritas enim et perturbatio rectam cognitionem eripiet.

B. Verum est.

A. Ille itaque, modo quidem ut Verbum et Unigenitus ex Patre, modo vero ut homo, adeoque primogenitus, et in multis fratribus ¹⁰, annon convenientissime et consultissime utrumque loquendi genus admittet, cum illud quod ad summam majestatem tendit, tum quod ad inferiora et ad nos demittitur ac subsidit, siquidem propositum ei sit homines adigere ut credant quod Deus vere sit de Deo, et propter nos ad nostra descendisse, nec inanitionis conditionem dedignari, aut certe ipse se condemnabit ignorantia, et inconsiderantia, cum nobis similis esse non repudiet, sed vocabulorum illum pudeat, quibus humanitatis conditio nequam erubescat? Quid enim necesse erat, amabo

¹⁰ Rom. xviii, 29.

ad naturam illum descendere, ejus ignobilitatem et vilitatem subire grave erat ac intolerandum Deo, ut semel dicam, ex Deo genito? Quod si verba quæ nobis convenient, rejicerè necesse erat ac decebat ut divinitatis decus illæsum et incorruptum servare posset: qui non multo magis carni uniri, et vilissimam pati demissionem? Sed nemo unquam eo stuporis veniet, opinor, ut non valde miretur Unigenitum, non rapuisse quidem propter nos supremum illud et eximium decus quod est in forma et æqualitate Patris, sed maluisse inanitionem incarnationem pati, et cum ipsa quæcunque de ea dicuntur eique convenient, ac pro nihilo rem habere, quandoquidem incolumes sumus, ad pristinum statum reversa natura, et in ipso ad vitæ novitatem instaurata¹⁹, per sanctificationem in Spiritu. Explicat ergo Paulus causam incarnationis dicens, Dei Verbum nusquam apprehendisse angelos, sed semen Abrahæ²⁰, « unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret et fidelis Pontifex ad Deum²¹. » Et rursus: « Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolus²². » 549. Sed cur hoc dico? cum cuivis liceat, si modo velit, Christum ad Deum Patrem qui in cælis est audire diserte clamantem: « Sacrificium et oblationem noluit: holocaustomata et pro peccato non postulasti, tunc dixi, Ecce venio, ut facerem, Deus, voluntatem tuam²³. » Quænam autem erat sapiens illa in nos et salutaris Patris voluntas? mortem abolendi in morte Christi, ac præterea peccatum, et peccati auctorem ac primum artificem, et per sanguinem Christi omnes redimendi. Quocirca divinus Paulus rursus scribit in hunc modum de Filio: « Et ideo Novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum quæ erant sub priori repromissionem accipiant qui vocali sunt æternæ hæreditatis. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum vivit qui testatus est²⁴. » Quod si mori Filium oportebat ad peragendam dispensationem, cum inutile non esset mortem capessere: quomodo non erat ei necessarium et utile, ad naturam quoque se demittere, quæ mortis capax esset, cujus etiam vocabula licet humilia et abjecta repudianda non essent ei qui semel ipsam perpeti statuerat? An tibi videntur ea quæ diximus aliquid in se temeritatis aut vanitatis et impudentiæ habere?

B. Minime.

A. Erat quippe et est Verbum, etiam incarnatum, quiddam erat ante carnem: quæ autem assumpsisse cernitur propter carnem, non erat in principio.

σαντος δι' ἁγιασμοῦ· ἅγιος γὰρ ὁ πάντων Δημιουργός,
διὸ καὶ φησιν· «Ἄγιοι ἔσεσθε, διότι ἐγὼ
ἅγιος.»

B. Ὅρθότατα εφη.

A. Ἐκτισμένα γὰρ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, κατ' εἰκόνα· D
καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ. Τὸ δὲ δὴ τὸν θεῖον ἡμῖν ἐμποιοῦν
ἐξεκτικισμὸν, εἴη δὴ που πάντως ἂν ὁ ἁγιασμὸς,
τουτέστιν, ἡ ἐν Πνεύματι μέθεξις τοῦ Υἱοῦ. Καὶ
γούν, ὅτε πρὸς παρατροπὴν ἢ ἀνθρώπου φύσιν δι-
ώλισθε, καὶ τὸ τῆς εἰκόνης κάλλος παρεσημαίνετο, κε-
καίνουργημεθα πρὸς τὸ ἀπαρχῆς, ἀναστοιχειούμενοι
διὰ Πνεύματος εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ὅθλον δὲ ὅτι τοῦ
Υἱοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα παρὰ τοῦ Πατρὸς. Καὶ γούν
ὁ σοφώτατος Παῦλος, «Τεκνία, φησὶν, οὐδὲ πάλιν
ὠδίνω ἄχρις οὗ μορφωθῆ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.» Καὶ μὴν
ὅτι τὸ τῆς ἐνθάδε λεγομένης μορφώσεως εἶδος, διὰ
τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνημαίνεται ταῖς ἡμετέραις

secundum naturam sanctum esse Filium, et non
secundum participationem ex Patre.

A. Atqui nemo non sanæ mentis, ut reor, mira-
bitur quod cum proprium esse Filii Spiritum sta-
tuant, et rursus participationem ascribant, et ex
Deo Patre per Spiritum sanctificationem adventitiam
esse dicant, et aliquando datam ceu non habenti.
At cur absurditatis quæ hinc sequitur examinari
damna non ferentes, ad solam suam feruntur in-
considerate libidinem? Quo pacto enim Filius sui
Spiritus particeps fuerit, ceu extrinsecus invecti?
Nihil enim plane suimet est particeps. Sed si recte
saneque ratiocinari volumus, quæ natura insunt
aliquibus, nequaquam velut adventitia censebuntur,
aut rerum externarum loco erunt. Quomodo igitur
per Spiritum sanctificationem esse aiunt, cum clare
dicat de Spiritu: «Quoniam de meo accipiet, et
annuntiabit vobis?» Atque hoc dicimus, non quod
credamus esse per participationem aliquid eorum
quæ sunt in Spiritu (perfectissimus enim est ac-
nullius indigus natura sua): sed illud potius signifi-
cavimus, quod cum Dei ac Patris substantiæ et Verbi
secundum naturam ex ipso et in ipso effluentis Spi-
ritus sit, omne id quodcumque deitatis proprium se-
cundum naturam est, asciscit, fontem quodammodo
ipsam habens, et ex ipso veluti Patre promanans
per Filium, et sanctificans creaturam. Jam si Ver-
bum ipsum quoque nobiscum, sanctificationem esse
putant, stultas ad id probandum ratiunculas colligentes,
dicant, quæso.

B. Quidnam?

A. Cum rerum creaturarum naturæ Spiritus se
communicat, juvat quidem ipsam procul dubio. At
qui demum illud sit, amice? sanctam ipsam reddit.

B. Ostende erga citra obscuritatem. Nequaquam
enim capio. Quid porro illud sit, sanctam reddere,
quæso, mihi edisseras.

A. Faciam libens. Creaturam enim rationalem
peccato et conversatione ad vitium **595** superiorem
efficiens, transformat eam ad imaginem Creatoris
per sanctificationem. Sanctus enim est Creator un-
versi: idcirco ait: «Sancti estote, quoniam ego
sanctus sum ⁵¹».

B. Rectissime dixisti.

A. Ipsi enim creati sumus etiam ad imaginem et
similitudinem Dei ⁵²: Id autem quod divinam nobis
imaginem indit, utique est sanctificatio, hoc est,
participatio Filii in Spiritu. Unde cum in vitium de-
lapsa sit natura hominis, et imaginis pulchritudi-
nem adulterarit, in pristinum statum renovati su-
mus, reformati per Spiritum ad imaginem Creato-
ris, Filii nimirum, per quem omnia a Patre. Quo-
circa sapientissimus Paulus: «Filioli mei, quos
iterum parturio, donec formetur Christus in vo-
bis ⁵³» Porro speciem ejusce formationis per Spi-
ritum sanctum animabus nostris imprimi, ipse
ostendit clamans: «Nos vero omnes revelata sa-

⁵¹ Levit. xix. 26. ⁵² Gen. 1, 26. ⁵³ Galat. iv, 19.

cie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu. Dominus autem Spiritus est ⁸⁵.

B. Rectissime dixisti.

A. Itaque creaturæ quidem et rebus productis adventitia est sanctificatio: ab se enim eam non habent, proindeque deperdi potest, et quæ ea sunt prædita sua sponte in pravam declinant. Etenim angelorum natura præceps etiam decedit, et quidam non servarunt suum principatum, ut scriptum est ⁸⁶. Nos autem prævaricationis quoque rei sumus. Nunquid ergo, si quis existimet ipsi Filio adventitiam esse quoque sanctificationem, utique dicturus est ipsum etiam pati posse prævaricationem? Patiatur enim utique id quod pati potest, etiamsi nondum pati dicatur.

B. Verum est.

A. Quid vero, amice? nonne ratio fati nos cogit id quod sanctificatum esse dicitur, aliquando non esse sanctum? Ad sanctificationem quippe vocari arbitror id quod est, ex eo quod non est, quando et sanctificatur.

B. Necessè est.

A. Quod autem nondum sacrum ac sanctum est, peccati non est expers, imò vero adhuc vitiorum morbis obnoxium est, siquidem sanctificatio, peccati abstersio est atque abjectio.

B. Assentior.

A. Itaque si sentire ac dicere velint una cum creaturis sanctificatum esse Filium, non difficile erit invenire tempus quo erat adhuc infirmus natura, necdum expers peccandi: sed qui talis intelligitur et est, quomodo esset etiam **596** imago Dei ac Patris ⁸⁷? quomodo splendor et character substantiæ ejus ⁸⁸? Non enim in tempore factus est character, sed hoc erat secundum naturam, et in principio. At quomodo sanctum non erat primum illud et sincerum Patris deus, et ipse substantiæ character? Nunquid necessaria plane ratio nos adiget ut dicamus ne ipsum quidem Patrem sanctum esse?

B. Ita prorsus, Omnino enim sequetur eadem cum imaginibus censenda esse ea quorum sunt imaginæ.

A. Cur autem, o charum caput? Nunquid enim seipsum esse veritatem ait Filius, et lux vera apud Scripturas divinas est nuncupatus?

B. Omnino.

A. At nunquid ignorantia suæ nugas nobis obtrudere deprehendentur, si naturali sanctificatione veram lucem carere, dicunt? Si enim veram lucem sanctificatam esse dicunt, nihil aliud quam istud plane asserent, illam cum sancta minime quidem esset in sua natura, sanctam aliquandò factam esse.

⁸⁵ II Cor. III, 17, 18. ⁸⁶ Jud., 6. ⁸⁷ II Cor. IV, 4.

ψυχῆς, αὐτὸς ἐκδέλξει βρωῶν, ἡμεῖς δὲ πάντες, ἀνακεκαλυμμένω προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατασπριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν. »

B. Ἄριστα εἴπης.

A. Οὐκοῦν, κτίσει μὲν καὶ ποιήμασι δοτὲς ὁ ἁγίασμος, οἰκοθεν γὰρ οὐκ ἔχει, καὶ γούν ἐστι καὶ ἀποπεμπτος, καὶ αὐτόκλητον ἂν ἔλοι τὴν παρατροπὴν τὰ πεπλουτηκότα. Διώλισθε γὰρ καὶ ἀγγέλων φύσις, καὶ οὐ τετηρηῆκασί τινες τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐνεχόμεθα δὲ καὶ αὐτοὶ ταῖς τῆς παραβάσεως αἰτιαῖς. Ἄρ' οὖν, εἴπερ εἰς οἴοιτο, καὶ αὐτῷ τῷ Ἰησοῦ δοτὸν εἶναι τὸν ἁγιασμόν, οὐχὶ δὴ πάντῃ τε καὶ πάντως ἔρει τὸ καὶ παθεῖν δύνασθαι τὴν παρατροπὴν; Πάθοι γὰρ ἂν τὸ παθεῖν δυνάμενον, καὶ εἰ μήπω λέγοιτο παθεῖν.

B. Ἀληθές.

A. Τί δὲ, ὦ φιλότης; τὸ ἠγιασθαι λεγόμενον, οὐχ ἅπας ἡμᾶς ἀναπέσει λόγος, ἅγιον οὐκ εἶναι φάναι ποτέ; Κεκλήσθαι γὰρ οἶμαι πρὸς ἁγιασμόν, ἐκ γὰρ τοῦ μὴ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστίν, ὅτε καὶ ἀγιάζεται.

B. Ἀνάγκη.

A. Τὸ δὲ οὕτω σεπτὸν τε καὶ ἅγιον, οὐκ ἀνάλωτον ἀμαρτίαις, μᾶλλον δὲ ἤδη νοσοῦν τὴν εἰς τὸ φαῦλον διαβολὴν, εἴπερ ἐστὶν ὁ ἁγιασμός, φαυλοτήτος τε καὶ ἀμαρτίας ἀποτριβή, καὶ ἀπόθεσις.

B. Σύμφημι.

A. Οὐκοῦν εἴπερ ἔλοιτο νοεῖν τε καὶ λέγειν, συνηγιασθαι τοῖς κτίσμασι τὸν Ἰῶν, οὐ δυσάρετος [ἢρ. δυσάρετος] ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἦν εἰς τὴν φύσιν ἀσινεῖς, καὶ ἀμείνων οὕτω τοῦ πεφυκέναι πλημμελεῖν· ἀλλ' ὡδὲ τε ἔχων καὶ νοούμενος, πῶς ἦν ἄρα καὶ εἰκῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς; πῶς δὲ καὶ ἀπαύγασμα καὶ χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ; Οὐ γὰρ ἐν χρόνῳ γέγονε χαρακτήρ, ἀλλ' ἦν τοῦτο κατὰ φύσιν καὶ ἐν ἀρχῇ. Εἶτα πῶς οὐχ ἅγιον ἦν, τὸ ἀκραιφνὲς τοῦ Πατρὸς καὶ εἰλικρινέστατον κάλλος, καὶ αὐτὸς τῆς οὐσίας ὁ χαρακτήρ; Ἡ οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀφύκτου λοιπὸν συνωθήσειεν ἂν καὶ οὐχ ἔκόντας ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς γὰρ τὸ χρῆναι λέγειν, μηδὲ αὐτὸν ἅγιον εἶναι τὸν Πατέρα ποτέ;

B. Πάνυ μὲν οὖν. Ἐφεται γὰρ πῶς πάντως, τὸ δεῖν ταῖς εἰκόσιν ὁρᾶσθαι ταυτοειδῆ, τὰ ὧνπερ ἂν εἶεν εἰκόνας.

A. Τί δὲ, ὦ φιλότης; οὐ γὰρ ἑαυτὸν εἶναι φησὶ ἀληθεῖαν ὁ Ἰῶς, καὶ πῶς τὸ ἀληθινόν, παρὰ γὰρ ταῖς θείαις κατωνόμασαι Γραφαῖς;

B. Καὶ μάλα.

A. Εἶτα οὐ μάτην ἐρήψαμεν ἡμῖν τὰ ἐξ ἀμαθίας ἄλοισιν ἂν, εἰ τοῦ κατὰ φύσιν ἁγιασμοῦ τὸ πῶς τὸ ἀληθινόν δεδεῖσθαι φασί; Διιχυριούνται γὰρ ἕτερον οὐδὲν, ἢ τοῦτο σαφῶς, ἠγιασθαι λέγοντες τὸ πῶς τὸ ἀληθινόν, τὸ ἥκιστα μὲν ἅγιον ἐν ἰδίᾳ φύσει, γεγὼνός δὲ τοῦτο ποτε,

⁸⁸ Hebr. I, 3.

B. Ἰὼ γὰρ οὖν.

A. Ὁ δὲ καὶ ἐν τάξει τοῦ δύνασθαι πλημμελεῖν, τὸ κατὰ τι γοῦν ὄλως ψευδομυθεῖν παρωθούμενος· « Οὐ γὰρ ἐποίησεν ἀμαρτίαν, οὐδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, » καθὰ γέγραπται· τί μὴ μᾶλλον ἐφ' ἑαυτῷ κατερυθρίσας οὐδὲν, ἠγάσθαι μὲν ἐφασκε παρὰ τοῦ Πατρὸς, προσετίθει δὲ τούτοις οὐδὲν, ἀπαυθαδίξεται δὲ, καὶ εἰς τοῦτο προήκει λόγων μεγαλοπρεπείας καὶ ὑπερβολῆς, ὡς ἀνυποστόλως εἰπεῖν, « Ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἀγιάζω ἑμαυτόν; »

B. Πῶς οὖν ἂν τις ἴδοι τὸ ἀληθές;

A. Εἰ διαλογίζοιτο σοφῶς, ὅτι κατὰ φύσιν ἅγιος ὢν ὡς Θεὸς, ἠγιάζετο μεθ' ἡμῶν, καθὼς ἄνθρωπος, τῷ ἰδίῳ Πνεύματι τὸν οἰκιστὸν αὐτὸς καταχρίων καθ'.

B. Πῶς οὖν ὁ Πατὴρ αὐτῶν ἀγιάσαι λέγεται;

A. Ὅτι πάντα παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι. Ἀγιάζοντα δὲ καὶ ἀγιάζομενον τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸν, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, εἰσκαχόμενον ἡμῖν ὁ τοῦ Παύλου λόγος· « Ὁ τε γὰρ ἀγιάζων, φησὶ, καὶ οἱ ἀγιάζομενοι, ἐξ ἐνὸς πάντες· δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ἀδελφοὺς καλεῖν, λέγων, Ἀπαγγεῖλω τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. » Ἀγιάζει μὲν γὰρ αὐτὸς, ἅγιος ὢν κατὰ φύσιν, ὡς Θεός· ἀγιάζεται δὲ μεθ' ἡμῶν, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὅτε τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμιλοῦσιν ὑπελθὼν, καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο ἠγιάσθαι φημί, καίτοι τῶν ὄλων κατεξουσιάζων ὡς Θεός, ἀδελφοὺς ἡμᾶς οὐκ ἐπαισχύνεται καλεῖν.

B. Ἀλλὰ, Ναί, φασίν, οὐκ ἂν διαψεύσαιτο λέγων ἠγιάσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκονομίας ἐξηρημένης. Καὶ γὰρ, ἐν ἐσχάτοις μὲν τοῦ αἰῶνος καιροῖς, πέφηνεν ἄνθρωπος, ἀλλ' ἦν καὶ πρὸ τούτου τοῖς εἰς τὸ εἶναι κεκλημένοις ὁ Μονογενὴς, καὶ ἀδελφὸς τῶν πεπονημένων, καθὼς καὶ αὐτὸς οὐκ ἀγέννητός ἐστι τὴν φύσιν, πεπονητὰ δὲ παρὰ τοῦ Πατρὸς. Ἀληθεύει δὴ οὖν, καὶ ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἀποκαλῶν, καὶ συνηγιάσθαι λέγων.

A. Ἀλλ', ὡς πρὸς πάντα ἰόντες ἐτοιμῶς, καὶ τὰ πέρα λόγου καὶ τοῦ καθήκοντος λογισμοῦ, ποῖ ποτε ἄρα καὶ νῦν ὁ θρασὺς ὑμῖν οὕτως καὶ ἀπόπληκτος ἐκτελευτήσῃ λόγος, ἐννοεῖν οὐκ ἔχω. Ὅτι μὲν γὰρ οὐ γεννητός ὁ Υἱός, οὐ τοῖς παρ' ὑμῶν μαντεύμασι, προσεκτέον δὲ μᾶλλον τοῖς ἱεροῖς τε καὶ θεοῖς μυσταγωγοῖς, οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐντέταται λέγων· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. » Ἐφη τοίνυν ὁ Ἰωάννης ἡμῖν ἐναργῶς περὶ τοῦ Υἱοῦ· « Καὶ οἶδαμεν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἦκει, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινὸν Θεόν· καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεός, καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος. » Θεὸς δὲ ἀληθινός, τοῖς κτίσμασιν οὐχ ὁμογενής. Ὅτε τοίνυν, κατὰ γε τὸ ἐκαίνοις ἀβουλότατα δοκοῦν, ἐν μεθέξει γέγονεν ἁγιασμοῦ, καίτοι Θεὸς ὢν ἀληθινὸς ὁ Λόγος, καὶ εἰ νοοῖτο καθ' ἑαυτὸν καὶ δίχα σαρκὸς, ἠκόντων εἰς μέσον, καὶ Θεὸν ἡμῖν

A B. Nihil aliud prorsus.

A. Ille autem inter peccatores cum esset, ne re-vissimum quidem mendacium admittens, « Non enim fecit peccatum, nec inventus est dolus in ore ejus, » ut scriptum est ⁶⁶, cur dicere de se non verebatur, se a Patre sanctificatum esse, nullo prorsus addito: sed gloriatur potius, ac tam magnifice ac elate de se sentit, ut audacter dicat: « Pro eis ego sanctifico meipsum ⁶⁷? »

B. Quo pacto igitur id quod verum est agnosces?

A. Si apud te prudenter reputes quod, cum sanctus sit secundum naturam ut Deus, sanctificatus est nobiscum quatenus homo, proprio Spiritu suam ipse templum perungens.

B. Quomodo igitur Pater ipsam sanctificasse dicitur?

A. Quoniam omnia a Patre per Filium in Spiritu. Sanctificantem vero et sanctificatum illum natura et veritate Filium, quoniam homo factus est, Paulus nobis induxit. « Qui enim sanctificat, inquit, et qui sanctificantur, ex uno omnes: propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis ⁶⁸. » Sanctificat enim ipse, cum sit sanctus secundum naturam, in quantum Deus: sanctificatur vero nobiscum, quoad humanitatem, cum, nostra similitudine suscepta etiam ob hoc ipsum videlicet quod sanctificatus sit, quamvis universi Dominus sit ut Deus, vocare nos fratres haud erubescit.

B. At non ⁵⁹⁷ mentietur, inquit, dicens sanctificatum se a Patre, remota etiam incarnatione. Etenim extremis sæculi temporibus apparuit homo, sed antea erat etiam creatis et productis frater Unigenitus, in quantum etiam ipse natura sua increatus non est, sed a Patre factus est. Vere igitur dicit, et cum fratres nos, et cum nos una sanctificatos esse ait.

A. Sed, o qui in absurda quæque temere et inconsiderate ruitis, quoniam abitura sit tam præceps ac stupida ratio, assequi non possum. Filium enim creatum non esse, non vestris somniis, sed sanctis ac divinis potius credendum est doctores, quibus ipse quoque Christus præcepit, dicens: « Euntes, docete omnes gentes ⁶⁹. » Dixit ergo Joannes nobis manifeste de Filio: « Et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus Jesu Christo. Nic est verus Deus, et vita æterna ⁷⁰. » Deus autem verus non est congenere creaturis. Cum igitur, ut illi temerarie volunt, particeps factus sit sanctificationis Deus verus existens Verbum, licet in se intelligatur et absque carne, prodeant in medium, et Deum nobis verum adventitia sanctificatione præditum quibus velint verbis ostendant: nunquid dictum verum est quod, si Filio adventitia est san-

⁶⁶ 1 Petr. II, 22. ⁶⁷ Joan. XVII, 19. ⁶⁸ Hebr. II, 11, 12. ⁶⁹ Matth. XXVIII, 19. ⁷⁰ 1 Joan. V, 20.

ctificatio, quamvis Deus secundum naturam sit ac verus, nihil jam impediturum sit quominus sanctificatum etiam ipsum esse stulte putemus, ex quo est, Patrem, licet Deus verus esse credatur? ἀπειργὸν ἐστὶ καὶ αὐτὸν ἡγιασθαι, φληνάφως ὑπονοεῖν, τὸν ἐξ οὐπερ ἐστὶ, Πατέρα. καὶ εἰ Θεὸς ἀληθινὸς εἶναι πεπίστευται;

B. Periclitamur.

A. Ut autem omni ex parte impia illorum expugnatur audacia, non verebor aliquid absurdum quoque proferre. Nunquid enim soli ac præcipue conveniet ac tribuetur naturali Deo sanctificandi potestas, sicuti nimirum et e nihilo res in ortum producendi?

B. Tribuetur.

A. Igitur, si Filius, inter creaturas numeratus, ut illi absurde ac nefarie docent, ea quæ secundum naturam propria et peculiaris sunt deitatis perficit, et gloriæ suæ naturæ ascribit (seipsum enim sanctificasse ait ⁹⁵), ad creaturam quidem deducta sunt, ut videtur, ea quæ substantiam omnium **598** supremam longe superant, nec absurdum erit, opinor, dicere posse quoque nos ipsos sanctificare, juxta Filii similitudinem.

B. Qui tu istud ais?

A. Si enim cum sit ipse creatus, tam sublimis substantiæ dotes suas facit, quid vetat quominus nos ipsi quoque implere possimus ea quæ ejus sunt, præsertim cum propinqui simus, nec ullo modo ab ejus cognatione dissiti, siquidem est omni creato cum re creata cognatio atque habitudo, in eo nempe quod creata sunt?

B. Probabile est quod ais.

A. Erit autem cæteroquin impium simul et absurdum credere ipsum esse sanctificatum.

B. Quomodo?

A. Quod sanctificatur, nunquid a majore et præstantiore quam sit natura sua sanctificatur? Non enim a deteriori dixerint, opinor, siquidem sanctificari, ad aliquid utile traducit.

B. Rectissime dixisti.

A. Itaque, si verum est sanctificatum esse, ut illi volunt, Filium per Spiritum, utique velut a præstantiore est inunctus, et diversam ab ipso naturam habente. Nihil enim sui ipsius est participes, sed alterum in altero participatur, ratione essentialiæ.

B. Istud etiam consequetur.

A. Jam quomodo Filius per Spiritum in nobis habitat? quomodo vero id quod natura præstantius est, deterioris nobis participationem indet per se ipsum? Et, si naturæ divinæ consortes ⁹⁶ reddimur accepto Spiritu, quomodo inferior erit Spiritu Filius? aut quomodo præstantior est ipso, non autem potius ipsemet et ab ipso Spiritus ejus, omnem ejus operationem habens, et ejus participationem

⁹⁵ Joan. xvii, 19. ⁹⁶ II Petr. i, 4.

τὸν ἀληθινόν, ἐπακτὸν ἔχοντα τὸν ἁγιασμόν, οἷα περ ἂν βούλοιντο καταδεικνύντων λόγους· ἢ οὐκ ἀληθὲς εἶπεν, ὡς εἶπερ ἐστὶν ἐν Υἱῷ τὸ ἡγιασθαι δοτὸν. Θεῷ κατὰ φύσιν ὄντι καὶ ἀληθινῷ, οὐδὲν, οἶμαι, τὸ ἀπειργὸν ἐστὶ, Πατέρα. καὶ εἰ Θεὸς ἀληθινὸς εἶναι πεπίστευται;

B. Κινδυνεύομεν.

A. Ἴνα δὲ πανταχόθεν αὐτῶν τὸ ἀνόσιον ἐκπολιορκῆται θράσος, κατοκνήσαιμ' ἂν οὐδαμῶς, καὶ τι τῶν εἰς ἀτοπίαν ἡκόντων εἶπεν· ἢ γὰρ οὐχὶ πρόποι ἂν μόνῃ τε καὶ ἐξαιρέτως ἀνακείσεται, τὸ ἁγιάζειν δύνασθαι τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν Θεῷ, καθάπερ ἐμέλει καὶ τὸ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ ὄντα καλεῖν;

B. Ἀνακείσεται.

A. Οὐκοῦν, εἰ τοῖς κτίσμασιν ἐναριθμῖος ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, κατὰ γε τὸν παρ' ἐκείνοις λόγον τὸν ἀκαλλῆ τε καὶ βδελυρώτατον, τὰ τῆς κατὰ φύσιν θεότητος ἰδίας καὶ ἐξαιρέτα διαπεραίνεται, καὶ φύσεως τῆς ἰδίας ποιεῖται δόξαν, ἐαυτὸν γὰρ ἁγιάσαι φησὶ, κατεκομίσθη μὲν, ὡς οἶκε, τὰ τῆς ἐπέκεινα πασῶν ὠσίας ἐπὶ τὴν κτίσιν, οὐκ ἀπίθανον δὲ, οἶμαι, τὸ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἁγιάζειν βύνασθαι κατατολμᾶν εἰπεῖν, καθ' ὁμοιότητα τὴν Υἱοῦ.

B. Πῶς τοῦτο ἐφη;

A. Εἰ γὰρ γενητὸς ὑπάρχων αὐτὸς, τὰ τῆς τοσοῦτον ἀνψικισμένης οὐσίας ἰδία ποιεῖται πλεονεκτήματα, τί τὸ ἐμποδῶν εἰς τὸ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τὰ αὐτοῦ δύνασθαι πληροῦν, ἅτε δὴ καὶ ἀγγού, καὶ οὗτι που διεστηκότας τῆς πρὸς αὐτὸν οικειότητος, εἶπερ ἐστὶ τις παντὶ γενητῷ πρὸς γενητὸν συγγενεῖά τε καὶ σχέσις, κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ γεγενῆσθαι φημι;

B. Οὐκ ἀπίθανος ἡμῖν ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος.

A. Εἴη δ' ἂν καὶ ἐτέρως δυσσεβῆς τε ἅμα καὶ ἀμαθὲς, τὸ ἡγιασθαι πιστεύειν αὐτόν.

B. Τίνα τρόπον;

A. Τὸ ἁγιαζόμενον, ἄρ' οὐχὶ τῷ ὑπερκειμένῳ καὶ ἀμείνονι τῆς ἰδίας φύσεως ἁγιάζεται; Οὐ γὰρ που τῷ γε αἰσχίονι φαῖεν ἂν, ὡς περ οὖν ἐγῶμαι, εἶπερ εἰς τι τῶν τελούντων εἰς δησιν ἀναδιθάξει τὸ ἁγιάζεσθαι.

B. Ἄριστα ἐφη.

A. Οὐκοῦν, εἶπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἡγίασται κατ' ἐκείνους διὰ τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, ὡς ἀμείνονι πάντως που κατεχρήτετο, καὶ τὴν φύσιν ἔχοντι παρ' αὐτὸν ἐτέραν. Μετάσχοι γὰρ ἂν ἑαυτοῦ τῶν ὄντων οὐδὲν, ἀλλ' ἕτερον ἐν ἐτέρῳ μετεχόμενον, κατὰ γε τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον.

B. Ἐψεται καὶ τοῦτο.

A. Εἶτα πῶς ἡμῖν ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ Πνεύματος ἐναυλιζεται; πῶς δὲ τὸ ἀμείνονι κατὰ φύσιν, τὴν τοῦ χείρονος ἡμῖν ἐμποίησει μέθεξιν δι' ἑαυτοῦ; Καὶ εἰ θελας φύσεως ἀποσελούμεθα κοινωνοί, τὸ Πνεῦμα δεχόμενοι, πῶς ἐν δευτέρῳ τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς; ἢ πῶς ἀμείνονι αὐτοῦ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὡς αὐτὸς τε καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, ὄλην ἔχον αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὴν αὐτοῦ μέθεξιν ἐμποιοῦν;

Και γοῦν ἔφασκεν ὁ Υἱός· « Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὄρφανους, ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. » Ἐπειδὴ δὲ ἀναβέβηκε πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ἐν ἡμῖν ἐστὶ διὰ τοῦ Πνεύματος. Ἴδιον γὰρ αὐτοῦ καὶ οὐ θύραθεν εἰσεκκριμένον τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἀνθρώπινον. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἀμετρήτως διεισηχθὲς τῆς θείας αὐτοῦ καὶ ὑπερτάτης οὐσίας ἴδιον ἐποίησατο, φημι δὲ τὴν σάρκα, τότε δὴ τότε καὶ ἡγιασθαι λέγεται, σοφῶς τε καὶ πρεπωδέστερον ἐπὶ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ ἡγιασθαι διέφττοντος· τὴν γε μὴν τοῦ ἡγιασθαι πληρωσιν, ἥτοι τὴν ἐνέργειαν, ὡς ἐν προσώπῳ Πατρὸς, τῇ τῆς θεότητος ἀνεπίθεσι φύσει, μόνῃ γὰρ αὐτῇ τὸ ἀγιάζειν οἰκεῖον.

B. Σύμφημι. Τὸ γὰρ τοι μακροὺς ἀντεξάγειν λόγους, ὀρθῶς λέγοντί σοι, περιττόν, μᾶλλον δὲ ἥμισυ σοφόν. Ἄλλ' εἰ μόνῃ, φασί, τῷ γε ὄντι φύσει τε καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεῷ τὸ ἀγιάζειν δύνασθαι προσὸν ὀρώτω καὶ πρόπει, τούτου δὲ πύφηνεν ἐνεργὸς ὁ Υἱός, τὸ ἀποσοθῶν οὐδὲν, ὅτι καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ διαρρήθην ὁμολογεῖν· καὶ εἰ τοῦτο συγχωρήσασμεν, Θεῷ δὲ τῷ κατὰ φύσιν τῶν ἀγαθῶν ἐνδοεῖ μηδενός, τί μαθῶν ὁ καθ' ὑμᾶς Υἱός καὶ Θεός, δόξης τε καὶ βασιλείας, καὶ κυριότητος τὴν οἰκίαν ἐπίδα παρῆδειξε φύσιν; Ἐφη γὰρ πού πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα· « Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱόν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε· καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσει αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ἐν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ἐγὼ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω· καὶ νῦν δόξασόν με σύ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ἣ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου. Σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας, καὶ τὸν λόγον σου ἐτήρησαν. Νῦν ἔγνωσαν ὅτι πάντα, ὅσα δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ εἰσιν, ὅτι τὰ ῥήματα, ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. » Ἐφη δὲ καὶ ὁ Λουκάς ἐν τῇ τῶν Πράξεων συγγραφῇ, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πέτρου· « Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ἐποίησεν ὁ Θεός. » Συνίης δὲ οὖν, ὅτι πανταχῇ δίδωσι μὲν ὁ Πατὴρ δόξαν τε καὶ κυριότητα τῷ Υἱῷ, δέχεται δὲ καὶ μάλα ἀσμένως ὁ Υἱός; Ἄλλ' εἰ τοιοῦσδὲ τίσι καταπαλεῖν ἡμᾶς ἀποτολμῶν λόγους, προσειροντές που καὶ ἕτερα, τίς ἂν γένοιτο διεκδρομῆ καὶ ἀπένουσις τοῦ κακοῦ, τοῖσγε ὡς ἄριστα φρονεῖν ἡρημένοις;

A. « Ὁ πραῆς ἔστω μαχητής, » ἱερὸς καὶ θεῖος ἡμῖν ὑποπεφώνηκε λόγος. Δεῖν δὲ ἔγωγέ φημι, ταῖς τῶν ἐναντιῶν ἀντιφάσεις δόξαις, κατορθώδουντας οὐδέν. Θεὸς γὰρ ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν, καὶ ῥῆμα μὲν γλώτταις ἐκίει, ἀπευθύνων δὲ πρὸς τὸ ἀκίεθλως ἔχον, τῶν εὐσεβούντων τὸν νοῦν· τὸ δὲ δὴ τῆς εὐ-

A indens? Quippe dicebat Filius: « Non relinquam vos orphanos, venio ad vos⁹⁶. » Sed quoniam ad Patrem rediit post resurrectionem, in nobis est per Spiritum. Proprius enim est ejus, nec aliunde ascitus Spiritus ejus, sicuti nimirum hominis, humanus. Cum autem carnem infinito intervallo distantem divinæ et supremæ naturæ propriam fecerit, tunc certe, tunc et sanctificatus esse dicitur, sanctificatione recte et convenienter ad humanitatem pertinente. Enimvero sanctificandi perfectionem aut actum velut in persona Patris deitatis naturæ tribuit. Soli enim ipsi proprium est sanctificare.

B. Assentior. Prolixam enim tibi recte dicenti orationem opponere superfluum est, imo **599** sapientis non est. Sed si soli, inquit, existenti natura et vere Deo sanctificandi potestas inesse videatur ac debeat, ejus autem perfectior Filius apparuit, nihil vetat quominus etiam Deum esse secundum naturam aperte fateamur. Quod si hoc concesserimus, Deus autem secundum naturam nullius boni indiget, quid causæ est cur ille vester Filius ac Deus naturam suam gloria, et regno, et dominatione carere significavit? Dixit enim alicubi ad Patrem qui in cœlis est: « Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me, tu Pater, apud te ipsum claritate quam habui prius quam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo (tui erant, et mihi eos dedisti), et sermonem tuum servaverunt; nunc cognoverunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt, quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti⁹⁷. » Dixit quoque Lucas in Actuum libro, velut ex persona Petri: « Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia et Dominum eum, et Christum fecit Deus⁹⁸. » Intelligis ergo Patrem ubique dare gloriam et dominationem Filio, et eam Filium utique libenter accipere? At si istiusmodi sermonibus petere nos audeant, additis quoque forsitan aliis, quo pacto recte sentiendo, malum vitabimus ac declinabimus?

A. « Mansuetus sit bellator⁹⁹, » sacræ nobis et divinæ Litteræ succinunt. Ego vero audacter resistendum esse dico adversariorum opinionibus. Deus enim est qui operatur in nobis, et verba linguis nostris indit, et ad rectum sensum piorum mentem dirigit. Cæterum quod eos adigit ut a recto itinere

⁹⁶ Joan. xiv, 18. ⁹⁷ Joan. xvii, 1-8. ⁹⁸ Act. ii, 36. ⁹⁹ Joel iii, 11.

deflectant, et per devia ac prava ferantur, illud A

θείας ἐξέρπειν ὁδοῦ, καὶ παραπομίζεσθαι ποὶ πρὸς τὸ ἀκαλλές καὶ ἐκτετριμμένον μεταπειθῶν αὐτούς, ἐκαῖνό ἐστιν.

B. Quodnam illud ais?

A. Quod prætermisiss, ut reor, ceu inutili, temporum cognitione, quæ unicuique rerum factarum congruunt, minus considerate observant ea quæ 600 dicuntur. Si enim Verbum caro factum non est, si non habitavit in nobis, mittatur deinceps velut inutilis observatio temporum, et sublata horam exacta ratione, promiscue dicatur de Unigenito quodcumque libuerit. Jam splendor ille Patris, ille per quem omnia facta sunt, ille Genitoris consessor, et coæternum Patri Verbum, quod nec tractari, nec cerni potest, pati dicatur in sua natura et dorsi plagas, et manuum ac pedum perforationem, et lateris vulnus, et extremum malorum, mortem videlicet.

B. Atqui hæc omnia plane contigisse dicent circa humanitatem. Passus enim est in quantum homo.

A. Quid autem, o charum caput, nonne dicimus passionem pudori et ignominie Filio non fuisse?

B. Ita est. Scribit enim Paulus ipsum sustinuisse crucem confusione contempta ¹. Et ipse alicubi per vocem Isaie dicit: « Ideo non sum confusus, sed posui faciem meam ut firmam petram, et scio quod non confundar, quia juxta est qui justificat me ². »

A. An vero excitavit, amabo te, suum templum, excisa morte et corruptione devicta, nostri similis quatenus homo, an tanquam Deus de Deo, etiamsi cum carne apparuit?

B. Ut Deus de Deo.

A. Illorum igitur probrum et confusionis dedecus deinde deletum est, et glorificatus est propter resurrectionem Filius, quamvis ante ipsam, ignominiosissimam et ingloriam mortem non repudiasset propter voluntariam inauitionem.

B. At hanc Filium a Patre gloriam accepisse dicitur.

A. Recte, amice. Assentiar enim. Postquam apparuit homo, licet sapientia et virtus sit Patris ³, per semetipsum, morte devicta, et proprio corpore sua ipsius vita repleto, ad suam hypostasim ceu ad fontem id retulit. Nulli enim rei creatæ aut productæ convenit vivificandi facultas, et terrenam carnem corruptione liberandi, licet de ipso intelligatur Christo, quatenus caro dicitur, sed soli utique deitatis naturæ. Filium vero vi et operatione sua templum suum suscitasse, etiamsi hoc ei datum esse dicatur a Patre, facili certe negotio cuivis videre licet, Paulo ⁴ dicente, Patrem ipsum excitasse a mortuis, et gloriam ei dedisse. Ad Judæos autem ipso Filio: « Solvite 601 templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud ⁵. » Mortuus enim est qua homo, secundum carnem, licet vita sit secundum naturam, qua Deus. Revixit autem ineffabili vi

B. Τὸ τί δὴ φῆς;

A. Τὸ, οἶμαι, παρέντας ὡς ἀσυντελές εἰς θνησιν, τὸ εἰδέναι καιροῦς, οἷον ἂν ἐκάστω πρέπτικεν τῶν δρωμένων, ἀκατάσκευτον ποιεῖσθαι τῶν λόγων τὴν ἐπιτήρησιν. Εἰ μὲν γὰρ οὐ γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, εἰ μὴ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, παρεῖσθω λοιπὸν ὡς ἔωλον ἢ καιρῶν ἐπιτήρησις, καὶ ἀκριβείας τῆς ἐν γε τούτοις ἐξηρημένης, ἀδιαφορεῖτω πᾶς λόγος κατὰ τοῦ Μονογενοῦς· εἴτα τὸ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς, ὁ δι' οὐ τὰ πάντα ἐγένετο, ὁ συνέδρος τῷ γεννήσαντι καὶ συναίδιος Λόγος, ὁ ἀναφῆς, καὶ ἀόρατος, λεγέσθω παθεῖν εἰς ἴδιαν φύσιν, καὶ τὰς κατὰ νότου πληγὰς, καὶ τὴν εἰς χεῖράς τε καὶ πόδας τῶν ἤλων διάτρησιν, καὶ τραῦμα τὸ εἰς πλευράν, καὶ τὴν κορωνίδα τῶν κακῶν, φημι δὴ τὸν θάνατον.

B. Ἄλλὰ ταῦτι που πάντως ἐροῦσι συμβῆναι περὶ το ἀνθρώπινον· πέπονθε γὰρ καθὼ ἀνθρώπος.

A. Τί δὲ, ὦ φιλότης, οὐ πρὸς ἐντροπῆς τε καὶ ἀδοξίας συμβῆναι φημεν τῷ Υἱῷ τὸ παθεῖν;

B. Ναί· γράφει γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι ἐ Ἰπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας. » Καὶ αὐτὸς ἐέ που διὰ φωνῆς Ἡσαίου φησί· ἐ Διὰ τοῦτο οὐκ ἐντραπήν, ἀλλ' ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἐγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ὅτι ἐγγίξει ὁ δικαιοῦσας με. »

A. Ἀνέστησε δὲ, εἰπέ μοι, τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, καινοτομήσας τὸν θάνατον, καὶ πλεονεκτήσας τὴν φθοράν, πότερα καθ' ἡμᾶς ὡς ἀνθρώπος, ἢ ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ εἰ πέφηνε μετὰ σαρκός;

B. Ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ.

A. Τὸ ἐν ἐκείνοις οὖν αἰσχος, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἐντροπῆς ἀκαλλές, κατηφάνισται τοῖς δευτέροις, καὶ δεδόξασται διὰ τὴν ἀνάστασιν ὁ Υἱός, καίτοι πρὸ αὐτῆς τὸν ἀτιμώτατόν τε καὶ ἀκλεᾶ μὴ παρωσάμενος; θένατον, διὰ τὴν ἐκούσιον κένωσιν.

B. Ἄλλὰ ταύτην εἰληφέναι λέγεται τὴν δόξαν παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός.

A. Ὅρθως, ὦ ἐταῖρε, συνθήσεται γὰρ. Ἐπειδὴ πέφηνεν ἀνθρώπος, καίτοι σοφία καὶ δύναμις ὦν τοῦ Πατρὸς, καταργήσας δι' ἑαυτοῦ τὸν θάνατον, καὶ ζωῆς ἀναπιμπλᾶς τῆς παρ' ἑαυτοῦ τὸ ἴδιον σῶμα, τῆ οἶονει πηγῇ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀντιθεῖ τὰ δρώμενον. Πρέπει γὰρ ἂν οὐχ ἐτέρῳ τι τῶν ὄντων καὶ παρηγμένων εἰς γένεσιν, τὸ ζωογονεῖν δύνασθαι, καὶ φθορὰς ἀμείνω ἀποφαίνειν τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα, κὼν εἰ ἐπ' αὐτοῦ νοσῆτο Χριστοῦ, καθὼ λέγεται σὰρξ, πλην ὅτι δὴ μόνῃ τῆς θεότητος φύσει. Ὅτι δὲ γέγονεν ἐνεργὸς ὁ Υἱός εἰς ἀνάστασιν τοῦ ἰδίου ναοῦ, καὶ εἰ λέγοιτο δεδωρηῆσθαι τοῦτο αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς, κατίδοι τις ἂν καὶ λίαν εὐπετώς, Παύλου μὲν λέγοντος περὶ τοῦ Πατρὸς· ἐ Τὸν ἐγγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόξαν αὐτῷ δόντα· ἐ πρὸς δὲ γε τοὺς Ἰουδαίους, αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ· ἐ Λύσατε τὸν ναὸν τούτων, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Ἀπέθανε γὰρ,

¹ Hebr. 11, 2. ² Isa. 1, 7. ³ 1 Cor. 1, 24. ⁴ Imo 1 Petr. 1, 21. ⁵ Joan. 11, 9.

ἐν ἀνθρώπῳ τάζει κατὰ τὴν σάρκα, καίτοι ζωὴ κατὰ Ἀ φύσιν ὑπάρχων ὡς Θεός. Ἄνεθίω δὲ ἀρρήτων δυνάμει καὶ ἀφράστοις ἐνεργείαις χρώμενος, καίτοι καθ' ἡμᾶς ὑπάρχων, κατὰ γὰρ φημί, τὸ ἀνθρώπινον. Οὐκοῦν, δοξάζεται μὲν παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐχ ὡς δόξης ὑπάρχων ἐπιθετός, ὅταν ἔξω νοῆται σαρκός, καὶ Θεός ἐκ Θεοῦ πιστεύεται, ἀλλ' ἐπειπερ ἦν ἄνθρωπος, ὡς ἰδίας φύσεως καρπὸν οὐκ ἔχων τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι τὰ θεοπρεπῆ, δέχεται πῶς αὐτὸ καθ' ἑνωσιν καὶ τὴν ἀπόρρητον συνδρομήν, ἥπερ ἂν νοεῖτο τοῦ Λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον. Δοξάζει δὲ καὶ αὐτὸς τὸν Πατέρα. Πατὴρ γὰρ Θεοῦ γνωρίζεται τοῦ πάντα ἰσχύοντος, καίτοι πεφνημένος ἐν σαρκί, καὶ μετὰ γῆτιναι σώματος συνδιατιμιμένου τοῖς κατὰ τὸν κόσμον. Διὰ τοῦτο φησιν· « Ἐγὼ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω αὐτό. » Πρωθυμίας μὲν γὰρ, ὦ Πάτερ, φησὶ, τὸ θρασυ καὶ δυσάντητον τοῦ θανάτου καταργησαί κράτος· ἀλλ' ἦν τοῦτο δρᾶν, καὶ κατισχύσαι πληροῦν, οὐχ αἵματος καὶ σαρκός, ἀλλὰ τῆς σῆς θείας καὶ ζωοποιῦ καὶ ἀνίκητου φύσεως, ἥς ἐπειπερ ἐξέφυγν ἐγὼ, κατώρθωκα τὸ δοκοῦν (1), ἀτονήσας πρὸς οὐδὲν διὰ τὸ ἀνθρώπινον, τῶν τελούντων εἰς ἰσουργίαν, ἀλλὰ, καίπερ ὦν ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι, τὸ γοῦν ὅτι τῆς σῆς ἐξέφυγν οὐσίας, ἐξ ἰσομοιροῦσης ἰσχύος πεπιστευμένους. Δόξασον δὴ οὖν με καὶ σὺ, τὸν ὡς ἄνθρωπον ἀδοξήσαντα, συννεύσας ἐμοὶ τῇ σῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ ζωοποιῦ, καὶ θανάτου κρείττονα τὸν ἀπορρήτως ἐνωθέντα μοι καταδείξαις ναόν. Ὅτι δὲ οὐκ ἀσυνήθους καὶ τῆς οὐ πάσαις μετούσης αὐτῷ τιμῆς τε καὶ δόξης ἀξιοῦσθαι ζητεῖ, δῆλον ἂν εἴη δῆπουθεν. Ἐφη γὰρ, ὅτι « Καὶ νῦν δόξασόν με, Πάτερ, τῇ δόξῃ ἣ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. » Ὁ γὰρ αἰετὸς καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς δόξης Κύριε, ἀδοκῆσας [Ἰσ. Κύριος ἀδοκῆσας] διὰ μέσου, διὰ τοῦ καθιεσθαι πρὸς τὰ ἀνθρώπινα, πρὸς τὴν ἄνωθεν αὐτῷ καὶ φυσικῶς ἐνυπάρχουσαν δόξαν ὑπονοεῖ [Ἰσ. ὑπονοεῖται], τοὺς τῇ κενώσει πρέποντας λόγους μετὰ τοῦ παθεῖν αὐτῇ, τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ δωρούμενος. Οὐκοῦν, ἀναγκαῖον, ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων, τὸ εἰδέναι καιροῦς, καθ' οὗς ἦν εἶ τι τὰ τῆς σαρκὸς καὶ τὰ τῆς ἀδοξίας, χρήσιμα, καὶ τοὺς ἄνωθεν εἶ τι τῆς ἐπιδημίας, καθ' οὗς τῆς δόξης Κύριος ὦν, δόξαν οὐ λαβὼν, ἀλλ' ἔχων ἰδίαν ὡς Θεός εὐρίσκηται.

B. Πῶς οὖν δέχεται τινὰς τῶν ἀπὸ τοῦ κόσμου παρὰ τοῦ Πατρὸς, περὶ ὧν καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· « Οὓς ἔδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκάς; »

A. Οὐκοῦν ἐρῶ δὴ τι πάλιν, ταῖς τῶν ἐνομιῶν ἀτοπίας εἰς τὸ ἐναρχαῖς συνωθούμενος. Μάτην, ὡς εἰκοιαν, κεκνωθῆναι λέγεται, καὶ εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς, ὃ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς Υἱὸς μονογενής. Εἰ γὰρ εἰσπολιῖτον ἔχει τὸ χρῆναι κρατεῖν, καὶ δέχεται τινὰς παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὗς πρὶν ἔχων οὐχ

* Joan. xvii, 4. † Ibid. 5. ‡ Ibid. 6.

(1) Oecol. sic vertit sequentia : « Nullam habens utilitatem ex humanitate, nihilominus sacrificium peregi, quamvis in carne ac sanguine essem. Cur

ac virtute usus, licet nostris similis existens, humanitatis videlicet ratione. Itaque glorificatur quidem a Patre, non quasi gloria indigeat, cum expertus carnis intelligatur, et Deus de Deo credatur, sed quoniam homo erat, tanquam suæ naturæ fructum non haberet res Deo convenientes operandi facultatem, ipsam quodammodo accipit secundum unionem et ineffabilem illum concursum qui intelligitur esse Verbi cum humanitate. Glorificat porro ipse quoque Patrem. Pater enim esse agnoscitur cunctipotentis Dei, licet in carne manifestati, et cum terreno corpore una cum hominibus conversantis. Idcirco ait : « Ego te clarificavi super terram ; opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam ». Voluisti enim, o Pater, inquit, ut audax ac sævum mortis Imperium abrogarem : at ejus faciendi vis ac potestas non carnis erat ac sanguinis, sed tuæ divinæ et vivificæ ac insuperabilis naturæ, ex qua cum ego prodierim, peregi quod placuit, in nullo eorum quæ ad æqualitatem operandi pertinent factus infirmior, sed quamvis in carne sim et sanguine, ob æqualitatem operandi, de tua substantia processisse creditus. Clarifica me ergo, tu, quoque, qui, ut homo, ignominiam subii, ineffabili tua vi ac virtute vivifica mihi annuens, et templum ineffabili ratione mihi unitum morte superius reddas. Porro honorem sibi et gloriam petere non insolitam et prius inexpertam utique patebit. Addit enim : « Et nunc clarifica me, tu Pater, gloria quam habui, priusquam mundus esset, apud te ». Qui enim semper et in principio erat gloriæ Dominus, interea ignominiam subiens ex eo quod ad res humanas descendit, ad supernam et naturaliter sibi insitam gloriam revertitur, inanitioni et passioni convenientes voces incarnationi tribuens. Itaque maxime omnium necessarium est tempora dignoscere quibus etiamnum ea conducebant quæ carnis sunt et ignominia, et tempora quæ adventum præcesserunt, quibus, gloriæ cum sit Dominus, gloriam non accepisse, sed propriam habere ut Deus comperitur.

D. B. Quomodo igitur 602 a Patre de mundo quosdam accipit, de quibus etiam ad ipsum inquit : « Quos dedisti mihi de mundo, tui erant, et mihi eos dedisti ? »

A. Ego certe aliquid rursus dicam, absurditate rationum ad id quod initio dixi redire coactus. Frustra, ut videtur, exinanitus dicitur, tametsi nostri similis factus est in forma et æqualitate Patris existens Filius unigenitus. Nam si aequalitatem habet imperium, et quosdam accipit a Patre quos prius

igitur ? quia ex tua natus sum substantia, ex æquæ virtutem habere credat. »

non habere cernitur, novi aliquid accidit, ut vero- simile est, in Filio, et exinde gloriam accipit, et gratia ipsum quodammodo deducit ad majus aliquid ac præstantium quam prius erat. At quoniam abitura demum est illa demissionis ratio? aut ubinam exinani- tum ipsum videbis, si plane deprehendatur aliquid habere quod prius non inerat, et quamdam veluti mercedem ac remunerationem consequi, illam in aliquos potestatem?

B. Ita res est.

A. Mentietur autem ipse quoque sapiens Joannes, ut videtur, si dicat de ipso: « In propria venit, et sui cum non receperunt ». Quomodo enim proprium esse ejus, id quod vix, et postremo, et ab alio datum est? At innumera plane tempora præteriere quibus Filius coæternus erat Deo ac Patri. Quod si postquam homo factus est, de mundo sele- ctos accipit, et hanc sceptri novitatem assumpsisse cernitur, dicam audacter demum, priori illo statu præstantiorem esse in Deo Verbo inhumanationem, licet æqualitate cum Patre intelligatur esse præditus. Transfert enim, ut vides, ad excellentiorem condi- tionem et incomparabiliter gloriosiore. Sibi ergo perfecit Filius cum carne dispensationem, et inhu- manationis modum suæ gloriæ tribuit. Quomodo igitur propter nos demum hominis naturam assump- sisse dicitur, aut quomodo pro vita omnium prei- ium redemptionis fuit, si morte carnis propriæ adeo inusitatam et antea inaccessam gloriam com- paravit?

B. Recte quidem dixisti: sed in temeritatem et absurditatem abripitur oratio.

A. Itaque abjiciant ipsi quoque acerbum illud et malignum disputandi genus. Alioqui nonne tibi res intolerabilis videtur, et quæ vel invitos in argutiolas inanes detrudat? Nihil enim curæ habentes congruis temporibus accommodatis voces tribuere, sus de- que omnia **603** permiscere et confundere statuunt. At nunquid satius est cogitare quod propria quidem Verbi erant omnia, et rerum productarum natura creatoris gloriæ suberat? Sed quoniam a recta rati- one terrenum genus defecerat, non exceptum est ab aliquibus Verbum quod propter nos in carne appa- ruit, sed persuasos jam paulatim et credentes jugo suo subjecit, et denuo discere volentes meliora, suscipit. « Flectetur enim ei omne genu, et omnis lingua constabitur quoniam Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris ». Igitur propria quidem sunt Verbi omnia, quatenus de Deo præcessit, et universis rebus Imperat cum Patre. Hæc autem accipit secundum humanitatem, quando nostri simi- lis factus est, in quos regnandi et imperandi po- testas a Deo est, et ipsi data.

B. Propriamne igitur gloriam ipsum habere di- cemus, nulla re ad hoc a Deo et Patre assumpta?

A. Etiam, in quantum intelligitur Deus, et gloriæ Dominus. Sic enim apud Scripturas divinas nuncu-

A ὁρᾶται, κεκαينوῦργηται τι κατὰ τὸ εἰκὸς ἐφ' Ὑἱῷ, καὶ ταῖς ἐντεῦθεν εὐκλείαις κατακαλλύνεται, ξενάγει δὲ ὡσπερ ἡ χάρις αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἄμεινον καὶ ὑπερτεροῦν, ἢ πρότερον ἦν. Εἶτα ὅποι ποτὲ ἡμῖν ὁ τῆς ὑφέσεως οἰχῆσται λόγος, ἢ ὅποι κεκνωμένον καταθρῆσαι τις ἂν, εἴπερ ὄλωσ τι καὶ πῶν οὐ πάλαι προσπεφυκότων ἀλοῖη πεπλουτηκὼς, καὶ οἶά τινα τῆς ἐνανθρωπήσεως μισθὸν καὶ ἀντέκτισιν τὴν κατὰ τῶν ἐξουσίαν ἀπο- κερδαίνων;

B. Ὅδε ἔχει.

A. Ψευδηγορήσει δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης, εἰ λέγοι περὶ αὐτοῦ. « Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. » Πῶς γὰρ ἴδιον αὐ- τοῦ, τὸ μόλις καὶ ἐν ἑσχατοῖς καὶ παρ' ἐτέρου δοτὸν; Καίτοι, μυριοὶ μὲν ὄσοι καὶ ἀναρίθμητοι παντελῶς δεδραπᾶνγηται χρόνοι καθ' οὓς ὁ Υἱὸς συναλδίας ἦν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ. Εἰ δὲ, ἐπειπερ γέγονεν ἄνθρωπος, δέχεται τοὺς ἀπὸ τοῦ κόσμου, καὶ τκήπτρου καινό- τητα προσειληφὼς ὁρᾶται ταυτηνί, φαίνῃ ἂν ἤδη λοιπὸν, καταβείσας οὐδὲν, ὡς ἀμείνων ἢ ἐνανθρώ- πησις τῷ Θεῷ. Λόγῳ καταστάσεως ἦν τῆς ἐναρχαίς, καὶ εἰ νοοῖτο πλουτῶν τὸ ἐν ἰσότητι τοῦ Πατρὸς. Ἄναδιβάξει γὰρ, ὡς ὁρᾶς, ἐπὶ τὸ ὑπερτεροῦν καὶ ἀσυγκρίτως ἄμεινον ἐν δόξῃ. Ἐαυτῷ τοιγαροῦν κατ- ὠρθωκεν ὁ Υἱὸς τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν, καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον ταῖς ἰδίαις ἐχαρῖζετο δόξαις. Πῶς οὖν ἐτι δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσεται λέγεται, ἢ πῶς ἀντιλυτρον τῆς ἀπάντων γέγονε ζωῆς, εἰ τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὴν οὕτως ἀήθη καὶ οὐ πάλαι βατὴν ἐξεπρίλατο δόξαν;

C B. Ἄριστα μὲν ἔφησ, ἀνασχιρτᾷ δὲ ἡμῖν εἰς τὸ θρασύ τε καὶ ἀπηγῆς ὁ λόγος.

A. Οὐκοῦν ἐβρίθω καὶ παρ' αὐτῶν τὸ οὕτω πι- κρὸν καὶ κακὸς εἰς λόγους· ἢ οὐ δύσοιστον εἶναι σοι τὸ χρῆναι δοκεῖ καὶ καταβοῦν ἀναγκαιῶς εἰς ἀνεβλήτους ἰσχυρομυθίας; Μεθέντες γὰρ δὴ τὸ ἀν- ἄπτειν χρόνιοι τοῖς καθήκουσι τὰς φωνάς, ἂνω τε καὶ κάτω τὰ πάντα διακυκλῶν καὶ ἀναφύρειν ἐγνώκασι. Καίτοι πῶς οὐκ ἄμεινον ἐννοεῖν, ὡς ἴδια μὲν ἦν τὰ πάντα τοῦ Λόγου, καὶ τῶνεις τὸ εἶναι παρενηνεγμένων ἢ φύσει, τῆ τοῦ κεκληκός ὑπέρευκτο δόξῃ; Ἐπειδὴ δὲ λογισμοῦ τοῦ πρέποντος τὸ ἐπὶ γῆς παρῶλισθε γέ- νος, οὐ παρεδέχθη πρὸς τῶν ἐν σαρκὶ δι' ἡμᾶς πεφνηὼς ὁ Λόγος, ἀναπεπεισμένους δὲ ἤδη κατα-

D βραχὺ καὶ πεπιστευκότας ὑπετίθει ταῖς ζεύγλαις, καὶ ἀναμανθάνειν ἐθέλοντας τὰ ἀμείνω, δέχεται. « Κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται διε Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, εἰς δό- ξαν Θεοῦ Πατρὸς. » Οὐκοῦν ἴδια μὲν τοῦ Λόγου τὰ πάντα, καθὼ πέφηγεν ἐκ Θεοῦ, καὶ κατάρχει τῶν ὄλων μετὰ τοῦ Πατρὸς. Δέχεται δὲ ταῦτα κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς, οἷς τὸ βασιλεύειν καὶ τὸ κρατεῖν δύνασθαι, παρὰ Θεοῦ, καὶ δοτὸν.

B. Δόξαν οὖν ἴδιαν ἔχειν ἐρούμεν αὐτὸν, μηδὲν εἰς τοῦτο προσειληφῶτα παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς;

A. Ναί, καθὼ νοεῖται Θεός, καὶ τῆς δόξης Κύριος. Κατωνόμασται γὰρ οὕτω παρὰ γε ταῖς θείαις Γρα-

* Joan. 1, 11. ¹⁰ Philipp. 11, 40, 41.

φαίς. Καὶ γοῦν τοῦ Σωτῆρος· ὁ μαθητής, Ἰάκωβος Ἀ
ούτος ἦν· « Ἀδελφοί, φησί, μὴ ἐν προσωποληψίαις
ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ
τῆς δόξης. »

B. Εἶτα τίς ἡ τοῦ Υἱοῦ δόξα, παρὰ τὴν τοῦ Πα-
τρὸς;

A. Οὐχ ὑπέρτονος, ὡ τῶν, οὐδὲ μείων, ἀλλ' ἡ αὐτὴ·
μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ἐστὶ σοφία καὶ δύναμις τοῦ Πα-
τρὸς, οὕτως ἀν εἴη καὶ δόξα, τῆς τοῦ τεκόντος οὐ-
σίας ἀφράστως ἀπηγασμένος, καὶ τὴν ὄθεν ἐξέφυ
δι' ἑαυτοῦ κατασημαίνων φύσιν, καθάπερ τις ἡλίου
βολή, καὶ φωτὸς ἀπαύγασμα τῆς τοῦ προέντος δι-
εκκύπτων οὐσίας, καὶ ὡς ἐκεῖνο λοιπὸν, τὸ ἐξ οὐπὲρ
ἐστὶ, διὰ τῆς εἰς ἄκρον ἐμφερείας καὶ ταυτοειδοῦς
ποιότητος, εὐ μάλᾳ νοούμενον.

B. Ἄρα ἀν ἔχουσι εἰπεῖν ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμῶν
τίς ἀν γένοιτο τοιοῦτων ἡ πίστις;

A. Καίτοι βραχύς κομιδῆ δαπανηθήσεται πόνος,
 συναγείροντί σοι τὰς τῶν ἁγίων φωνάς. Ἐφεσίοις
μὲν γὰρ ἐπιστέλλων ὁ Παῦλος· « Διὰ τοῦτο, φησί,
καθὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ
Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους,
οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνηστὴν ὑμῶν
ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ
Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης,
δῶῃ ὑμῖν Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψῃ ἐν ἐπι-
γνώσει αὐτοῦ. » Συνίης οὖν ὅτι Πατέρα Χριστοῦ, καὶ
Πατέρα τῆς δόξης κατωνόμασεν εὐθὺς τὸν Θεὸν, οὐχ
ἕτερον, οἶμαι, τι παρὰ γε τὴν δόξαν τοῦ Πατρὸς τὸν
Χριστὸν ἀποφαίνων. Ἐφ' ἧ δὲ πάλιν· « Ἡμεῖς δὲ
πάντες, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου
κατοπεριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφού-
μεθα, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου
Πνεύματος. » — « Ἀποβλέποντες εἰς τὸν τῆς πίστεως
ἡμῶν ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, » ὅς ἐστιν ἡ
δόξα τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς Κυρίου, φημι δὴ
τοῦ Πατρὸς, ἀναμορφούμεθα πρὸς αὐτὸν δι' ἁγιασμοῦ
ἐν Πνεύματι. Πέτρος δὲ αὐτῷ, καίτοι διακρίπων ἐν
μαθηταῖς, τοῖς ἰουδαίοις εἰς δικαιοσύνην,
τὴν ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, προσεφώνει λέγων, « Ὡς
τὰ πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς
ζωὴν καὶ εὐσέθειαν δεδορημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώ-
σεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς ἰδίᾳ δόξης καὶ ἀρετῆς. »
Εἶπερ οὖν ἐστὶν ἰδίᾳ δόξα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, δι' οὗ
καὶ κεκλήμεθα πρὸς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ, τίς ὁ φάνας
τολμῶν, ὅτι δοτὸν καὶ εἰσποιητὸν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς,
τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ; Τίς γὰρ, ὁ ἐτέρῃ δόξῃ
καταλαμπρῶν ἐστὶ τὴν τοῦ Πατρὸς δόξαν; Ἡ οὐκ
ἐν ἰσῷ τίθησ τὸ, καὶ ἐτέρους χρῆναι κατατολμᾶν, εἰς
μέσον ἤκοντας λέγειν, ὡς σεσόφωται μὲν πρὸς τινος
ἡ σοφία τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ εἶναι δύναμις, ἡ ἐνοῦσα
κατὰ φύσιν ἰσχύς αὐτῷ, τουτέστιν ὁ Υἱὸς, κεκέρδακε
παρ' ἐτέρου, καὶ ὄθεν ἔχει τὸ ἀρχαῖον σοφόν τε; Οὐ
γὰρ εἰ [f. δν] τοῖς τοιοῦτοι κατακλυθύντες λόγοις,
ἀποφέροιν ἡμᾶς οἱ διεναντίας πρὸς πᾶν ὀτιοῦν τῶν δι-
εστραμμένων; Εἰ μὲν οὖν ἀπόχρη τὰ εἰρημένα πρὸς
ἀπόδειξιν ἐναργῆ τοῦ δόξαν εἶναι τὴν ἰδίαν τοῦ Πα-

patus est. Unde Servatoris discipulus, Jacobus nimi-
rum : « Fratres, inquit, nolite in personarum acce-
ptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi glo-
riæ¹¹. »

B. At quænam est Filii gloria, præter gloriam
Patris?

A. Non superior, amice, neque minor, sed eadem :
imo vero quemadmodum est sapientia et virtus Pa-
tris, sic erit et gloria, a Genitoris substantia ineffa-
bilitèr effulgens, et naturam unde prodiit per seipsum
denotans : non secus ac solis radius ac splendor
luminis de substantia ejus a quo emittitur procedens,
quique propter summam similitudinem et eandem
qualitatem, ei a quo progreditur per omnia similis
intelligitur.

B. Potesne dicere ex sacris Litteris quænam fides
horum sit?

A. Sane id perquam levi labore conficietur, si
dicta sanctorum collegeris. Scribens enim Paulus
Ephesiis : « Propterea, inquit, et ego audiens fidem
vestram quæ est in Domino Jesu, et dilectionem in
omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis,
memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut
Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det
vobis Spiritum sapientiæ et revelationis, in agni-
tione ejus¹². » Intelligis ergo quo pacto Patrem
Christi, et Patrem gloriæ continuo nominavit Deum,
nihil aliud, opinor, ~~604~~ Christum ostendens, quam
Patris gloriam. Dixit autem alicubi rursus : « Nos
vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes,
in eandem imaginem transformamur a claritate in
claritatem, tanquam a Domini Spiritu¹³. » — « Res-
picientes enim in fidei nostræ auctorem et consum-
matorem Jesum¹⁴, » qui est gloria naturalis ac veri
Domini, Patris nimirum, conformamur ad ipsum
per sanctificationem in Spiritu. Petrus item, inter
discipulos conspicuus, ex circumcissione ad justifi-
cationem in Christo venientibus per fidem clamabat,
dicens : « Quomodo omnia nobis divinæ virtutis suæ,
quæ ad vitam et pietatem, donata sunt, per cog-
nitionem ejus qui vocavit nos propria gloria et vir-
tute¹⁵. » Si ergo propria Patris gloria est Filius,
per quem et ad cognitionem ejus vocati sumus,
quis dicere audeat datum et ascititium esse gloriæ
Patris, ut sit id quod est? Quis enim Patris gloriam
alia gloria nobilitet? Alioqui, nonne perinde est ac
si dicant aliqui sapientiam Patris ab aliquo reddi
sapientem : virtutem vero ejus naturalem, hoc est,
Filium, ab alio accepisse ut sit ejus virtus, et glo-
riam ab alio habere ac sapientiam? Nonne enim
istiusmodi sermonibus nos adversarii demulcentes
in perversissima quæque deducerent? Si ergo dicta
sufficiunt ad clare demonstrandum propriam esse
Patris gloriam Filium, bene habet, silendum nobis
est. Sin autem, ut reor, aliis opus quoque est tes-
timoniis, afferam divinum Psaltem ad universorum
Patrem ac Deum, tanquam ex eorum persona qui

¹¹ Jac. II, 1, ¹² Ephes. I, 15-17. ¹³ II Cor. III, 18. ¹⁴ Hebr. XII, 2. ¹⁵ II Petr. I, 3.

Nonne justificantur, dicentem : « Ego autem in justitia appa-
rebo conspectui tuo, satiabur cum apparuerit gloria tua ¹⁶. » Persona enim et imago Patris, et
substantiæ character, quinam alius erit quam Ver-
bum quod ex ipso prodit, per quod etiam notum
fit hominibus velut in propria gloria collustrans
omnia? Quocirca Mosen sapientissimum alloqueba-
tur olim etiam : « Sed vivo ego, et Qui vivit, est
nomen meum, et implebitur gloria Domini omnis
terra ¹⁷. » Impleta enim Christo sunt omnia, visus
autem est nobis in ipso. Quod cum nosset, dixit rur-
sus divus David : « Edificavit Dominus Sion, et
videbitur in gloria sua ¹⁸. » Visus enim est nobis
605 in Filio clare dicente : « Qui videt me, videt
et Patrem ¹⁹. »

πάλιν ὁ θεὸς Δαβὶδ, ὅτι « Οἰκοδομήσει Κύριος τὴν
ἡμῶν ἐν Υἱῷ λέγοντι σαφῶς : « Ὁ ἑωρακὴς ἐμὲ,
ἑώρακε τὸν Πατέρα »

B. Sequitur ergo, si propria gloria Dei ac Patris
vere est Filius, ipsum esse debere secundum na-
turam universorum Dominum; regem autem non
aliter quam et ipse sit Pater. At cur demum per
Psalmæ vocem rursus dixit : « Ego autem constitutus
sum rex ab eo ²⁰? » Dominum autem et Christum
manifeste factum esse ipsum a Patre, sapiens nobis
discipulus testatus est.

A. Num igitur, amice, incunctanter dices si
quid ex te velim audire?

B. Quidni?

A. Quod ad dominationem vocatum est, et ad
eam rem insuetam adductum, nonne Dominum
ipsum aliquando non fuisse intelligi par est? Nihil
enim ex eo quod est id quod est, velut ad aliud
C quiddam, rursus ad ipsum demigrabit.

B. Non certe.

A. Quando igitur ad dominationem adductum
esse aiunt Filium qui, antequam eo veniret, domi-
nationis gloria et honore adhuc erat destitutus? Hoc
enim necesse est vel nolentes dicere.

B. Quid vero, si dicant etiam ante incarnationem?

A. Dicent quidem, sat scio, etiam ultra decorum
facile prævertecti : sed eis resistet veritatis ratio.
In carne etenim existenti, et in nobis habitanti,
contigisse dicimus adventitiam potentiam, videri-
que regnum et dominationem accepisse. Dominum
enim et Christum factum esse a Deo ac Patre di-
vinus discipulus ait, non indistincte Verbum quod
ex ipso effulsit, sed Jesum illum crucifixum. Cæ-
terum ante incarnationem et conjunctionem per
unionem Dominum fuisse Filium, nullo negotio vi-
debimus, illud animo nostro insuper reputantes.

B. Ecquod?

A. Nonne, cum homo factus est, tunc etiam in
servi forma descendisse dicitur?

B. Ita prorsus.

τὸν Υἱὸν, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ σωτήσομαι· εἰ δὲ δὴ
σοι προσδεῖν καὶ ἐτέρων οἶμαι μαρτυριῶν, παροῖσθε
λέγοντα τὸν θεοσπίσιον Μελεθῶδον, πρὸς τὸν τῶν ὅλων
Πατέρα καὶ Θεὸν, ὡς ἐκ τοῦ προσώπου τῶν ἐν πί-
στει δικαιομένων· « Ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὄφθη-
σομαι τῷ προσώπῳ σου, χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὄφθη-
ναί μοι τὴν δόξαν σου. » Πρόσωπον γὰρ καὶ εἰκὼν
τοῦ Πατρὸς, καὶ τῆς οὐσίας ὁ χαρακτήρ, τίς ἂν
ἕτερος εἴη παρὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ πεφηνότα Λόγον, δι' οὗ
καὶ γνωρίζεται τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἐν ἰδίᾳ δόξῃ
καταστράπτων τὰ σύμπαντα; Τοιγάρτοι καὶ προσ-
εφώνει ποτὲ τῷ πανσόφῳ Μωσῆϊ· « Ἀλλὰ ζῶ ἐγώ,
καὶ Ζῶν τὸ ὄνομα μου, καὶ ἐμπλήσῃ ἡ δόξα Κυρίου
πάσαν τὴν γῆν. » Ἐμπέπλησται γὰρ τὰ πάντα Χρι-
στοῦ, ὡφθη δὲ ἡμῖν ἐν αὐτῷ. Καὶ τοῦτο εἰδὼς, ἔφη
Σιών, καὶ ὄφθησεται ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. » Ὤφθη γὰρ

B. Ἐφεται δὴ οὖν, ἔπερ ἐστὶν ἀληθῶς ἰδία δόξα
τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, τὸ δεῖν εἶναι κατὰ φύ-
σιν αὐτὸν Κύριον μὲν τῶν ὅλων, βασιλεία δὲ οὐχ
ἐτέρως ἢ ὡσπερ ἂν εἴη καὶ αὐτὸς ὁ Πατήρ. Ἐἴτα τί
δὴ ποτε διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς ἔφη πάλιν·
« Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ; » Κύριον
δὲ καὶ Χριστὸν πεποιθῆσθαι σαφῶς παρὰ τοῦ Πατρὸς
αὐτὸν, ὁ σοφὸς ἡμῖν προσμεμαρτύρηκε μαθητῆς.

A. Ἄρ' οὖν, ὦ φιλέταίρε, φράσαις ἂν ὡς ἄριστά
γε μελλήσας οὐδὲν, εἰ τί περ ἐλοιμην ἀναπιθέσθαι
σου;

B. Πῶς γὰρ οὐ;

A. Τὸ κεκλημένον εἰς κυριότητα, καὶ ἀσυνήθως
εἰς τοῦτο παρενεχθέν, ἄρ' οὐκ ἂν νοεῖσθαι πρέπει,
Κύριον οὐκ εἶναι ποτε; Οὐδὲν γὰρ ἂν ἐκ γε τοῦ εἶναι
C τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ὡς ἐφ' ἑτερόν τι πάλιν ἐπ' αὐτὸ
βαδιεῖται τι.

B. Οὐ γὰρ οὖν.

A. Πηνίκα δὴ οὖν ἀνακεκομίσθαι φαῖν εἰς κυριό-
τητα τὸν Υἱὸν, πρὸ τῆς εἰς τοῦτο μεταδρομῆς, τῆς
εἰς κυριότητα τιμῆς τε καὶ δόξης τητῶμενον ἔτι;
Τουτὶ γὰρ ἀνάγκη, καὶ οὐκ ἐκόντας, εἰπεῖν.

B. Τί γὰρ εἰ φαίεν, ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπή-
σεως;

A. Ἐροῦσι μὲν οἷδ' ὅτι καὶ πέρα τοῦ πρέποντος
λόντες εὐκόλως· ἀλλ' ὁ γε τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἀντι-
τάξεται λόγος. Γενομένῳ γὰρ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν ἡμῖν
σκηνώσαντι, συμβῆναι φαμεν τὸ εἰσποίητον κράτος,
εἰληφέναι τε δοκεῖν βασιλείαν καὶ κυριότητα. Κύ-
ριον γὰρ καὶ Χριστὸν πεποιθῆσθαι φησι παρὰ τοῦ
D Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ θεοσπίσιος μαθητῆς, οὐκ ἀδια-
κρίτως τὸν ἐξ αὐτοῦ πεφηνότα Λόγον, ἀλλ' Ἰησοῦν
τὸν ἐσταυρωμένον. Ὅτι δὲ πρὸ τῆς πρὸς σάρκα συν-
δρομῆς, καὶ τῆς καθ' ἑωσιν συναφείας, Κύριος ἦν
ὁ Υἱὸς, ἀνιδρωτὶ καταθρῆσθαι μὲν, ἐκείνο τοῖς ἄλλοις
προσενθυμούμενοι.

B. Τὸ τί δὴ φῆς;

A. Οὐ γὰρ, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ ἐν τῇ
τοῦ δούλου μορφῇ καθικέσθαι λέγεται;

B. Οὕτω φημί.

¹⁶ Psal. xvi, 13. ¹⁷ Num. xiv, 21. ¹⁸ Psal. ci, 17. ¹⁹ Joan. xiv, 9. ²⁰ Psal. ii, 6.

A. Si ergo est Patris Spiritus proprius Filii, quomodo ignorabit aliquid eorum quae occulta sunt in Deo, cum habeat ipse propriam Spiritum qui omnia novit quae sunt in Patre ? Nam ipsum audio sanctis apostolis clare dicentem : « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem : non enim loquitur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur, **24** et quae ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis ²⁵. » Num tibi clarum videtur esse illud quod protulimus oraculum, ac insuper animadvertisti Spiritum quidem veritatis exiisse Paracletum, verumtamen dicere ipsum ex Patre procedere, demonstrantem omnia quae sunt Patris, sua esse ?

B. Rectissime dixisti.

A. Certe nihilominus agnoscere licet ex eo rem maxime ridiculam, quaeque opinionem adversariorum jure merito repudiandam ostendit. Putare enim rem adeo exiguam ignorare, illud quod ex Deo Patre processit et effulsit Verbum, splendorem, imaginem, illum substantiae clarum characterem, aequali gloria et throno praeditum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae reconditi, sicut scriptum est ²⁶, quantam ipsis jure merito opinionem afferet levitatis ?

B. Quamplurimam.

A. Sed nec ipsum opinor Patrem ac Deum sinceram servasse gloriam suam, si revera ignoravit aliquid ejus consilium et sapientia.

B. Assentior, quemlibet plane id quod forsitan noverit, agnitarum prorsus non esse absque consilio et sapientia sua.

A. Euge, amice, aliter enim sentire non decet propugnatores veritatis. Praetermissis ergo superfluis domum ac longis sermonibus, pergamus illuc. Solebat Christus Salvator in sanctis maxime discipulis aliquid istiusmodi facere. Si percontarentur aliquid discendi quidem studio, sed quod altiori careret indagine, solebat enarrare, et quam sublimissime explicare. Sin autem aliquid majus quam pro suo captu curiose scrutari vellent, eos sensim

A Θεῷ κεκρυμμένων ὁ Μονογενῆς, εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς κατὰ τὰς Γραφάς, σοφία καὶ βουλή τοῦ Πατρὸς ;

B. Ἀναπιστοῖεν ἂν οὐδεὶς, τὸν γε ὡς ἀληθῶς κωρυμμένην.

A. Οὐ γὰρ, ὦ φιλότης, ψευδοσπῆσαιεν ἂν οὐκ οὐ καὶ ὁ σοφὸς ἡμῖν γράφων Παῦλος · « Ὅσπερ γὰρ οὐδεὶς οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ, οὕτως καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. »

B. Παντάσῃ μὲν οὖν.

A. Οἶδεν οὖν ἄρα τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ κεκρυμμένον ἢ ἀσυμφανές ;

B. Οἶδε · πῶς γὰρ οὐ ;

A. Εἴπερ οὖν ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ἴδιον τοῦ Υἱοῦ, πῶς ἀγνοήσει τι τῶν ἐν Θεῷ κεκρυμμένων, ἴδιον ἔχων αὐτὸς τὸ Πνεῦμα, τὸ πάντα εἰδὼς τὰ ἐν τῷ Πατρὶ ; καίτοι λέγοντος ἀκούως σαφῶς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, « Ἐτι πολλὰ ἔχω ὑμῖν λέγειν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἅρτι. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἔκεινος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὠδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν · οὐ γὰρ λαλήσει ἄφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἀκούσει, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λέγεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Ἄρα σοι σαφές τὸ παροισθέν ἐστὶ λόγιον, καὶ προσδόδορκας, ὅτι Πνεῦμα μὲν ἀληθεῖα; κατωνόμασε τὸν Παράκλητον, ἔφη γε μὴν ὡς πρόειεν ἐκ Πατρὸς, ἴδια πάντα δεῖκνύς ἑαυτοῦ τὰ τοῦ Πατρὸς ;

B. Ἄριστα εἶπες.

A. Τὸ δὲ δὴ μάλιστα καταγέλαστον ἀληθῶς, καὶ διεπτυσμένην εἰκότως τῶν διεναντίας ἀποφαίνον τῆ δόξαν οὐδὲν ἤτιον ἂν τις καὶ διὰ τούτου μάθοι. Τὸ γὰρ ἀγνοεῖν οἴεσθαι τὸ οὕτω βραχὺ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φύντα τε καὶ ἀπαστρέψαντα λόγον, τὸ ἀπαύγασμα, τὴν εἰκόνα, τὸν τῆς ὑποστάσεως χαρακτήρα λαμπρὸν, τὸν ἰσοκλεῖα καὶ ὁμόθρονον, ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπέκρυφοι, καθὰ γέγραπται, ὅσην ἂν αὐτοῖς καὶ μάλιστ' εἰκότως τὴν τῆς εἰσάπαν ἀθελτηρίας ἐμποιήσετε δόξαν ;

B. Ὡς πλείστην δόξαν.

A. Ἄλλ' οὐδ' ἂν αὐτὸν εἶμαι που τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν, ὕγι'α τὴν οικεῖαν ἀνασώσασθαι δόξαν, εἴπερ ἠγνόηκέ τι κατὰ τὸ ἀληθῶς ἢ βουλή καὶ ἡ σοφία αὐτοῦ.

B. Σύμφημι, ὡς ἅπας τις οὖν, ὅπερ ἂν εἰδείη τυχόν, εἴσεται που πάντως, οὐ δίχα βουλῆς καὶ σοφίας τῆς αὐτοῦ.

A. Εὖγε, ὦ φιλότης · πρέποι γὰρ ἂν οὐχ ἐτέρως ἢ ὡς φρονεῖν, τοὺς τῆς ἀληθείας ὑπασπιστάς. Παρέντες δὲ οὖν, τὸ περιτοῖς ἐστὶ καὶ μακροῖς ἐνδιατριβεσθαι λόγοις, ἐπ' ἐκεῖνο ἴωμεν. Ἔθος τῷ Σωτῆρι Χριστῷ τοιοῦδε τι δρᾶν ἐπὶ τοῖς ἁγίοις μάλιστα μαθηταῖς · εἰ διαπυθάνοντό τι τῶν, ὅσα ἐστὶ φιλοβιθείας μὲν ἔχοντα δόξαν, ἰζηλοσέρας γε μὴν ἐρεῦνης ἀπηλλαγμένα, χαρίζεσθαι τὴν ἀφήτησιν, καὶ ἐξαιρεθῶν ὅτι μάλιστα πειρασθὰς λεπτός·

²² I Cor. i, 24. ²³ I Cor. ii, 11. ²⁴ Joan. xvi, 12, 13. ²⁵ Coloss. ii, 3.

ει δὲ δὴ τι βουλοῖντο τῶν ἐπέκεινα μέτρου τοῦ κατὰ
 σφᾶς αὐτοὺς περιττῶς ἀναμαθεῖν, καταστέλλειν
 ἡσυχῆ, καὶ μεταπίθειν εὖ μάλα πολυπραγμονεῖν
 ἐλίσσαι τὰ πρεπωδέστερα, καὶ ὄρᾳ ἐπὶ τούτῳ, τὰς
 δι' ὧν περ ἂν γένοιτο περιφανεῖς, καὶ ἐκπρεπετά-
 ττην ἔχοντες τὴν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν φαιδρότητα παρὰ
 Θεῷ. Ἐλοκίμενος τοιγαροῦν οὐκ οἷδ' ὅπως, τὰ ὑπὲρ
 μέτρον οἰκετικὸν ἐρεῖσθαι τε καὶ ἀναμαθεῖν, ἤρεμεῖν
 ἀναπαθεῖν, λογισμοῖς ἀναγκαίοις ἐκδυσωπῶν, ὅτι
 μήτε ἀγγέλοις ἀπακάλυψεν ὁ Πατήρ, μηδ' ἂν αὐτῷ
 τῷ Υἱῷ καθίστη γνώριμον, εἴπερ τις εἴη ψῆδος, καὶ
 κατ' αὐτοὺς ἀνθρώπος ἐπὶ γῆς, καὶ οὐκ ἔχων φύσει
 τὸ εἶναι Θεός. Ἐγκαιμένους δὲ που καὶ ἐνεστηκόσι
 εἰς τὸ δεῖν ἀναμαθεῖν, οἰοεὶ πως ἦδη καὶ ἐπιτιμᾶ,
 λέγων· «Ὁδὸς ὑμῶν ἐστὶ γνώωναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὐδ'
 ὁ Πατήρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε
 δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἀγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς,
 καὶ ἑστέθε μοι μάρτυρες, ἐν τῇ Ἰερουσαλὴμ καὶ
 πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου
 τῆς γῆς.» Ὁρᾶς, ὅπως ἥκιστα μὲν δεῖν πολυπραγμο-
 νεῖν ἐπιτάττει τὰ ὑπὲρ σφᾶς αὐτοῦς, μετακομίζει δὲ
 ὥσπερ ἐπὶ τὸ ἐν χερσὶ τε καὶ πρεπωδέστερον; ὄρᾳ
 γὰρ τοῦτο ἔθος αὐτῷ· καὶ γοῦν τὸν ἐκ γενετῆς
 τυφλὸν προσεκόμιζόν ποτε τῶν ἱερῶν ἀρτίως ἐκθέοντι
 περιβόλων οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, εἶτα δόξαις Ἰου-
 δαϊκαῖς κατακολουθοῦντες ἔτι, φιλομαθείας ὑπόθεσιν
 ἐποιοῦντο τὸν ἄρρωστον, καὶ δὴ καὶ ἔφασκον, «Ραββί,
 τίς ἡμαρτεν, οὗτος, ἢ οὐ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς
 γεννηθῆ;» Ἐπειδὴ δὲ κριμάτων ἤπτοντο θεῶν, καὶ
 τὸ οὕτως ἀσιτιδὲς καὶ δυσέφικτον ἀνθρώποις, κατα-
 τρανοῦσθαί σφισὶν αὐτοῖς καὶ πέρα τοῦ πρόποντος
 ἰόντες ἐξελιπάrouν, μεθίστη πάλιν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ
 φρονεῖν ἐλίσθαι τὰ οἰκετικά, καὶ τῆς ὑπὲρ ἀνθρώπου
 γνώσεως ἀπεσῶθει, καὶ φιλεργίας ἔχεσθαι μᾶλλον,
 καὶ ἀγαθῶν σπουδασμάτων μετεπαίδευσε, λέγων,
 «Ὅυτε οὗτος ἡμαρτεν, οὗτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἀλλ'
 ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Ἡμεῖς δεῖ
 ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντος ἡμᾶς, ἕως ἡμέρας
 ἐστίν· ἔρχεται νῦν, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι.»
 Ἀκούεις, ὅπως ἀνηρηκῶς τὴν δόξαν ὡς ἀκαλλῆ, καὶ
 ταῖς Ἰουδαίων ἀμαθίαις πρεπωδεστέραν, τὸ χρῆναι
 μᾶλλον ἀγαθοεργεῖν, τῶν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐννοιῶν
 φύσει, τὸ εἰδέναι μόνῃ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἄπερ ἂν

A reprimebat et diligentissime persuadebat, ut ex-
 quærent quæ magis conveniebant, et opera bona
 facerent per quæ apud Deum laudem et convenien-
 tem gloriam obtinerent. Igitur cum res supra cap-
 tum suum nescio quomodo scrutari ac discere vo-
 lunt, sistere suadet, necessariis argumentis illos
 flectens, quod neque angelis revelarit Pater, neque
 ipsi Filio manifestum fecerit, siquidem sit homo
 simplex, eisque similis, nec sit natura Deus. Ur-
 gentes autem, ac porro instantes ut ea sibi expli-
 carentur, ipsos demum quodammodo increpat, **630**
 dicens : « Non est vestrum nosse tempora vel mo-
 menta quæ Pater posuit in potestate sua, sed acci-
 pietis virtutem supervententis Spiritus sancti in
 vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni
 Judæa, et Samaria, et usque ad ultimum terræ * . »
 Cernis quo pacto præcipit ea quæ captum illorum
 superant non esse curiosius indaganda, sed eos
 quodammodo transfert ad illud quod præ manibus
 est ac convenientius? hoc enim ipse facere solebat.
 Et certe divini discipuli cæcum a nativitate obtu-
 lerunt ei, cum e sacris vestibulis recens exiret,
 adeoque Judaicas opiniones adhuc sequentes, dis-
 scendi ansam arripuerunt ex ægro, ac dicebant :
 « Rabbi, quis peccavit hic, aut parentes ejus, ut
 cæcus nasceretur ** ? » Cum autem judicia divina
 attingerent, et rem adeo inaccesam et inviam ho-
 minibus explanari sibi etiam ultra quam decebat
 rogarent, transfert rursus ipsos ad res familiares,
 et a cognitione quæ supra hominem est illos arcei,
 et agendi curæ bonisque studiis potius incumbere
 hortatur, dicens : « Neque hic peccavit, neque
 parentes ejus : sed ut manifestentur opera Dei in
 illo. Me oportet operari opera ejus qui misit me,
 donec dies est : venit nox quando nemo potest ope-
 rari ** . » Audis quo pacto illis opinionibus ceu
 absurdis, et Judæorum inscitie magis convenien-
 tibus sublati, eos recte agere potius jubet quam
 quæ supra hominem sunt perscrutari, divinæ utique
 naturæ tribuens solam et ex se scire quæ perscrere
 velii.

ἀνθελέσθαι κελεύει, τῇ θεῷ που πάντως ἀπονέμων
 ἔλοιτο πληροῦν.

B. Εὖ λέγεις.

D B. Recte dicis.

A. Οὐκοῦν οὐχ ἑτέρως διακεισόμεθα, φρονούντες
 ὀρθῶς, ἢ ὅτι, καὶ εἰ μεθ' ἡμῶν ἀγνοῆσαι λέγεται τι
 κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀλλ' οὖν, ἐπείπερ ἐστὶ Θεός,
 οἶδε πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ
 τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἢ δόξα σὺν ἀγίῳ Πνεύματι, εἰς
 τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

A. Quocirca non aliter statuemus, si mens recta
 nobis est, quam, tametsi nobiscum ignorare dici-
 tur aliquid ratione humanitatis, verumtamen, cum
 sit Deus, nosse omnia quæ Patris sunt Filium, per
 quem et cum quo Deo ac Patri sit gloria cum sancto
 Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

* Act. 1, 7, 8. ** Joan. 1x, 2. ** ibid. 3, 4.

ΛΟΓΟΣ Ζ.

Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν.

631 DIALOGUS VII.

De sancto Spiritu, quod Deus sit et ex Deo secundum naturam.

A. Bonorum laborum fructum esse præclarum, A cum sapiens quidam laboriosis propemodum occinat, num illius dicti veritatem explodes, aut ipsum laudibus efferes, ceu recte et præclare excogitatum? Sanctos enim laborem ferre decet, o Herminia.

B. Ita res est.

A. Age itaque, ad ipsam laboris metam prævecti, summa alacritate succingamus lumbos, et thorace justitiæ induti, assumptoque acutissimo spiritus gladio, quod est verbum Dei, et scuto fidei, ut scriptum est ¹, hæreticorum nugis viriliter obsistamus, qui mentem et linguam peulantem acuunt, ipsum divinum Spiritum afficientes contumelia, et infirmiorum mentem deprædantur, eos a certa ac vera cognitione avocantes, et in foveas interitus quodammodo dejicientes, et ignorantix suæ virus effundentes, quamvis lex quidem per Moysen caverit: « Homo quicumque percusserit animam hominis, et mortuus fuerit, morte moriatur ²; » Christus autem clare et aperte pronuntiet: « Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris ³. » τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῆ μύλος ὄνικος περὶ τὸν κράχλην αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῆ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. »

B. Maximum et gravissimum revera est istorum judicium, Cum enim fratribus insultent, et infirmam eorum conscientiam percutiant, in Christum peccant. Sed quamam isti demum ratione ducuntur?

A. Absurditas quidem istud est, tametsi placita ipsi sua opinionis et rationis nomine prætexant. Cæterum illud ex te scire pervelim: hi effrenata quadam audacia, **632** et aperta jam quodammodo utentes impudentia, creatum ac factum esse Dei Spiritum dicunt: alii vero rursus, blasphemix crassitiem subtiliorem quodammodo reddentes, hac opinione, ut par est, erubescunt, et orationem suam in urbanio rem errorem flectentes, Deum quidem non esse dicunt, sed de suprema substantia illum stulte deducentes, uniformem esse credunt, et propriam ac mediam quamdam sortitium esse naturam, quæ nec ad supremam perfectionem venit, et

A. Πόνων αγαθῶν ὁ καρπὸς εὐκλεῆς ἀνακεκραγῶτος τινὸς τῶν σοφῶν, καὶ τοῖς ὅτι μάλιστα φιλεργεῖν εἰωθόσι μονονουχὶ κατεπάρδοτος, ἀποζηρσιῖ τοῦ λόγου τὸ ἀληθές, ἢ κατακροτήσεις ἐπαίνοις, ὡς ἄριστά τε καὶ ὀρθῶς ἐκπεποιημένον; Τὸ γὰρ τοι χρῆναι τληπαθεῖν, ἀγιοπρεπές, ὦ Ἑρμεία.

B. Ὅδε ἔχει.

A. Ἄγε δὴ οὖν, ἐπ' αὐτὸ δὴ τὸ λοῖσθον ἰόντες τοῦ πόνου, προθυμίαις μὲν ταῖς τελεωτάταις ἀνατησώμεθα τὴν ὁσφύν, ἐνδυσάμενοι δὲ τῆς δικαιοσύνης τὸν θώρακα, καὶ τὴν τομωτάτην τοῦ πνεύματος ἀναλαβόντες μάχαιραν, ἣ ἐστὶ ρῆμα Θεοῦ, καὶ τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, καθὰ γέγραπται, ταῖς τῶν ἐτεροδοξούντων τερθρεῖαις ἀνδρωδῶς ἀντεξάγωμεν, οἱ νοῦν τε καὶ γλῶτταν τὴν ἀναιδῆ καταθῆγουσι τὸ θεῖον αὐτὸ περιυβρίζοντες Πνεῦμα, καὶ τὸν τῶν ἀσθενεστέρων καταληγίζοντα νοῦν, γνώσεως μὲν τῆς ἀπλανοῦς τε καὶ ἀληθοῦς ἀποφέροντες, ἐνιέντες δὲ ὡσπερ τοῖς τῆς ἀπωλείας βόθροις, καὶ τῆς σφῶν αὐτῶν ἀσυνεσίας τὸν ἰὸν ἐχέοντες, καίτοι νόμου μὲν διηγορευκότος τοῦ διὰ Μωσέως, « Ἀνθρώπος ὅς ἂν πατάξῃ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου, καὶ ἀποθάνῃ, θανάτῳ θανατούσθω ⁴ » Χριστοῦ γε μὴν ἐναργῶς καὶ ἀναφανδὸν εἰρηκότος, « Ὅς ἐὰν οὖν σκανδαλίσῃ ἕνα ἀναφανδὸν εἰρηκότος, « Ὅς ἐὰν οὖν σκανδαλίσῃ ἕνα

B. Πάμμεγα καὶ δύσοιστον ἀληθῶς τῶν τοιοῦτων τὸ κρίμα. Ἐμπαρνοιοῦντες γὰρ ἀδελφοῖς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν ἀσθενοῦσαν τὴν συνείδησιν, εἰς Χριστὸν ἀμαρτάνουσι. Τίς δὲ ἄρα καὶ τουτοιοῦ λόγος;

A. Ἄλογία μὲν οὖν τὸ χρῆμα, καὶ εἰ λέγοιτο πρὸς αὐτῶν δόξα τε καὶ λόγος, ἃ φρονεῖν ἐγνωκάσι. Φαίτην δ' ἂν ὡς ἡδιστά γε φιλοπευστοῦντι σοι· οἱ μὲν γὰρ εἰς ἀγάλινον ἀπονευεκότος θράσος, καὶ γυμναῖς ἡδῆ πως ταῖς ἀναιδείαις χρώμενοι, κτιστόν τε καὶ γενητόν τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμά φασιν. Ἐτεροι δὲ αὖ, τὸ παχὺ τῆς δυσφημίας οἰοῦν πως ἀπολεπτόντες, ἐπερυθρίωσι μὲν που κατὰ τὸ εἶκος τῆδε τῆ δόξῃ, διατορνεύοντες δὲ πρὸς ἀστειοτέραν κλάνησιν τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον, θεὸν μὲν οὐκ εἶναι φασιν, οὐσίας δὲ τῆς ἀνωτάτω καταχομίζοντες ἀμαθῶς, μονοειδῆς τε εἶναι πιστεύουσι, καὶ ἴδιαν τινὰ καὶ μέσην ἀποτεμέσθαι φύσιν, ἢ μῆτε εἰς λῆξιν τὴν ἀνωτάτω

¹ Ephes. vi, 16. ² Levit. xxiv, 17. ³ Matth. xviii, 6.

ἦκει, καὶ τὸ ὑπερκεῖσθαι πολὺ τὸ τῆς κτίσεως μέτρον διέλαχέ τε καὶ ἐκλήρωσατό.

B. Καὶ τίς ἂν εἴη λοιπὸν ἡ τοιαύτη φύσις, ἢ μήτε Θεός ἐστι, μήτε μὴν κτίσις; Τὸ μεσολαβοῦν γὰρ ὀμαι παντελῶς οὐδέν. Μία γὰρ ἡ τελειωτάτη μεταξὺ διαφορά, διςτάσα ταῖς φύσεσι Θεόν τε καὶ κτίσιν, καὶ οὐδέν ἕτερον ἐν γε τοῖς εἶναι πεπιστευμένοις, ἢ ἔτι ταυτεῖ καὶ μόνα καταθρῆσαι τις ἂν. Ἡ πέρα τι τούτων αὐτὸς ὅτι χρῆ προσεῖσθαι διανοῆ;

A. Ἠκιστα μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε· πάντα γὰρ δι' Υἱοῦ πεποιθῆσθαι φησιν ἡ θεόπνευστος Γραφή· ὥστε, εἰ τι τῶν ὄντων τῶν πάντων ἀπονοσφίζοιτο φυσικῶς, διαδιδράσκει ἂν καὶ τὸ ἐπὶ τῷ πεποιθῆσθαι σμικροπρεπῆς, φύσεως δὲ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆ, Θεὸς ὑπάρχον γνωρίζεται· ἀπολισθήσει δ' ἂν οὐτι που τάληθους ἡμῖν καὶ τὸ ἐμπαλιν. Εἰ γὰρ μήτι Θεὸς κατὰ φύσιν, ἔσται που πάντως ἐν γενητοῖς; Ἡ τοίνυν ἀνακαυμίζοντων ὕψου τὸ θεῖόν τε καὶ ἄγιον Πνεῦμα, καὶ ἀσυναφῆς οὐσιωδῶς ὁμολογούντων τῆ κτίσει, ἢ τῶν ἀνωτάτων καὶ ὑπερτάτων αὐτὸ κατασύροντες θρήνων, καταλογιζέσθων ἐν γενητοῖς. Τόπος γὰρ ἡ λόγος φύσεως ἡμῖν ἑτέρας οὐδεὶς παρεισέβληκε μεταξὺ, τὸ πρὸς ἀμφω συγγενὲς ἀρνούμενος. Τὸ γάρτοι φάναι μονοειδὲς τὸ Πνεῦμα, καὶ δόξαν ἀνάπτειν αὐτῷ τὴν ἐπὶ τῷδε δοκεῖν, πῶς οὐκ ἔωλον παντελῶς, καίτοι πλείστων ὄσων ἡμῖν, καὶ εἰ τελοῦν ἐν κτίσμασι, τὸ μονοειδὲς ἐχόντων ἐφ' ἑαυτοῖς; Εἰς γὰρ ἥλιος, καὶ μία σελήνη· γῆ δὲ οὐχ ἑτέρα παρὰ τὴν οὐσαν· μία δὲ αὐ καὶ ἡ παντὸς ὕδατος φύσις, τὸ μονοειδὲς ἀποσώζουσα, καὶ εἰ ταῖς ποιότησιν ἔποιτο τὸ παρηλλάχθαι δοκεῖν. Ἀμαθίας οὖν ἄρα καὶ μετράκιώδους ἐπέκλημα φρενὸς, τὸ καταχρυστοῦν οἰσθαί τινος, καὶ ταῖς εἰς λῆξιν εὐκλείαις στεφανοῦν, ταῖς οὕτω ψυχραῖς εὐρεσιλογίαις τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον, καὶ τοῖς τῆς κτίσεως μέτροις ἐγκατακλείειν ἀποτολμᾶν, οὐκ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς διεσπονημένον, καὶ ἀνεστηχὸς αὐτῆς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Πατήρ, καὶ μὴν καὶ ὁ Υἱός, ἀλλ' εἰς ὀκλάζουσά τε καὶ ὑφίζάνουσαν φύσιν, καὶ τόπον οὐδένα παντελῶς ἐν γε ταῖς οὐσίαν εὐρίσκουσαν, ἀνοσίως ἐκθεδιασμένον.

B. Τί οὖν εἰ λέγοιεν· Ποῦ Θεὸς ὠνόμασται τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον;

A. Εἰρηται δὲ ὅποι καὶ ὑπὸ τοῦ, λέγε, τοῖς πεποιημένοις ὁμογενῆς, τὸ Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντεταγμένον καὶ συναριθμούμενον, καὶ εἰς πίστιν τῆς μᾶς καὶ ὑπὲρ πάντα θεότητος συνεισδεδειγμένον; Ἡ οὐχ ὁδε μυσταγωγεῖν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις κεκέλευκεν ὁ Σωτήρ; « Πορευθέντες γὰρ, φησί, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Τοιγάρτοι καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, τῶν πεπιστευκότων ἡρετό τινος· « Εἰ Πνεῦμα ἄγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; » Ἀποφασάντων δὲ τοῦτο ἐκείνων, καὶ ἀναφανδὸν εἰρηκότων· « Ἄλλ' οὐδὲ ἐπὶ Πνεῦμα ἄγιον ἔστιν ἠκούσαμεν, » ἐπετίμα λέγων· « Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; » οὐκ ἐν καλῷ γενέσθαι τὴν πίστιν

A creaturæ conditione longe sublimiorem statum obtinet.

B. At quænam, obsecro, est illa natura, quæ neque Deus est, neque creatura? Nihil enim, opinor, plane est intermedium. Una enim inter utrumque est summa differentia, quæ Deum et creaturam naturis dividit, nec aliud in iis quæ esse creduntur, quam hæc sola licet animadvertere. Alioqui, tunc præter hæc aliquid admittendum esse putas?

A. Minime vero, amice. Omnia enim per Filium facta esse dicit Scriptura divinitus inspirata. Quocirca si qua res naturaliter ab universis separetur, creationis quoque vilitatem non admittit, et naturæ suæ eminentia Deus esse cognoscitur. Sed nec falsum erit quod e converso dicemus. Si enim aliquid Deus non est secundum naturam, in ordine utique creaturarum erit. Aut igitur in altum efferrant divinum et sanctum Spiritum, et creaturæ substantialiter conjunctum non esse fateantur, aut de supremis et altissimis thronis ipsum detrahentes, in creaturarum numero reponant. Locus enim aut ratio alterius naturæ nulla nobis interim subit, quæ cum utroque cognitionem neget. Etenim uniformem dicere Spiritum, et gloriam ex eo ipsi tribuere, nonne prorsus frivolum est; cum plurimæ res sint apud nos, quæ licet in creaturarum sint numero, uniformitatem habent in seipsis? Unus enim sol, et una est luna; terra autem alia non est quam quæ exstat: una vero quoque est universæ aquæ natura, uniformitatem servans, tametsi qualitatibus variari videtur. Imperiti ergo et puerilis animi nota est, quod nonnulli sanctum Spiritum tam frigidis argutiolis ornare et summa gloria decorare se putant, et creaturæ modulis includere audent, non incomparabili eminentia dissitum, et supra ipsam positum, quemadmodum 633 scilicet Pater, et Filius item: sed in inferiori et humiliori natura, quæque nullum prorsus locum in rerum natura inveniat, impie redactum.

B. Quid ergo, si rogent ubinam Deus nominatus sit Spiritus sanctus?

A. Ubinam vero et a quo dictus est, obsecro, ejusdem generis esse cum creaturis, ille, qui unum eum Patre et Filio coordinatus et connumeratus est, et in fidem unius et supremæ deitatis coassumptus? Annon enim ita nos doceri per sanctos discipulos Servator veluit? « Euntes enim, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti ». Quocirca beatus quoque Paulus, nonnullos fideles rogabat: « Num Spiritum sanctum accepistis credentes? » Quod cum illi negarent, palamque dicerent: « Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus, » increpavit dicens: « In quo ergo baptizati estis? » cum nosset fidem rectam non esse, neque adco recte sa

¹ Matth. xxviii, 19. ² Act. xix, 2, 3.

habere unquam posse, nisi perfecte fieret in Deum A Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, confessione edita. Ita prodiderunt qui ab initio testes oculati, et ministri verbi fuere. Ita nos docuerunt Patres, et sapientiam est nosse quod scriptum est: « Ne transgrediaris terminos æternos quos posuerunt patres tui ⁶. — Unus Dominus, una fides, unum baptisma, ⁷ secundum Scripturas. Baptizati enim sumus in deitatem, et dominationem unam, Patris, et Filii, et sancti Spiritus, non tanquam in multorum deorum numerum, neque porro creaturæ servientes: alioquin, illud in nos verum cadit Proverbum: « Canis reversus ad suum vomitum: et sus lota in volutabro luti ⁸. » Qui enim a cultu creaturæ liberati sumus, per fidem videlicet in unum natura et vere existentem Deum, in eoque spem et gloriam salutis ponimus, quod veterem et profanum errorem abjecimus, nisi in veræ deitatis solis substantialiter conspicuum esse fatemur Spiritum; quoniam demum et unde excidimus, cogitando hæreo, nec explicare potis sum: imo vero patebit, idque facillime. Via enim regia velut excidimus, nec minus quam olim decerramus, nosque ludificatus est, ut videtur, Paulus ita dicens: « Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti sitis ⁹ a Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma et egea elementa, quibus denuo servire vultis? » Ubi enim, obsecro, verum et substantialiter Deum agnovimus, nisi una cum Deo et Patre Spiritus ejus Deus esse declaretur?

B. Enimvero, inquit, Deum agnovimus Patrem et Filium, non tamen Spiritum.

A. Atqui perversis illis doctoribus non utemur, nec spiritibus erroris attendemus, secundum Scripturas; sed potius inesse et inexistere Deo substantialiter Spiritum suum credemus, sicut homini spiritus inest hominis: et quemadmodum si quis aut Petrum nobis, aut Joannem, exempli gratia, nominaverit, una cum ipsis etiam utique mihi spiritum eorum et qui in ipsis est significaverit totiusque animalis significationem faciet: eadem, opinor, ratione in Patre et Filio. Spiritus enim una cum utroque significatur, neque vero quasi pars sit ejus, quemadmodum et in hominibus esse videmus. Exsistit enim hypostatice, et effundit quidem eum Pater ex sua natura, ac dignis ipsum quoque largitur ipse Filius. Impium vero et summi stuporis est, in dualitatem secare, et quodammodo contrahere audere deitatis naturam, cum sancta et divinitus inspirata Scriptura expandat quidem ipsum quodammodo in tribus hypostasis, ac rursus colligat per omnimodam æqualitatem et similitudinem in naturalem unitatem ac identitatem substantialiæ.

A ειδώς, οὐτε μὴν ἀρτίως ἔχειν δύνασθαι ποτὲ, εἰ μὴ πρᾶττοιτο τελείως εἰς Θεὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν ὁμολογίαν ἐκφέρουσα. Οὕτω παρέδοσαν οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ Λόγου· οὕτως ἡμεῖς πεπαιδαιωγήκαμεν οἱ Πατέρες, καὶ σοφῶν εἰδέναι τὸ γεγραμμένον· « Μὴ μέταίρει ὄρια αἰώνια, ἀ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. — Ἐἰς Κύριος, μία πίστις, ἐν βάπτισμα, » κατὰ τὰς Γραφάς. Βεβαπτίσαμεθα γὰρ εἰς θεότητά τε καὶ κυριότητα μιαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὐχ ὡς εἰς πολλῶν ἀριθμῶν, οὐτε μὴν τῇ κτίσει λατρεύοντες· ἢ γέγονεν ἡμῖν τὸ τῆς ἀληθοῦς παρ-οιμίας, « Κύων ἐπιστρέφας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα » καὶ, « Ἐξ λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. » Οἱ γὰρ τοῦ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίστην ἐξηγημένοι, διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τῆς εἰς ἓνα τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἕνα Θεόν, ἀχρημά τε ποιούμενοι καὶ σωτηρίας ἐλπῖδα, τὸ τὴν ἀρχαίαν καὶ βέβηλον ἀποθέσθαι πλάνησιν, εἰ μὴ τοῖς τῆς ἀληθοῦς θεότητος θάκοις οὐσιωδῶς ἐμπρέπειν ὁμολογούμεν τὸ Πνεῦμα, ποῖ ποτε ἄρα καὶ πόθεν ἔμεν, ὡς εὔλαθι τοι διηπόρηκά τε νοεῖν, εἰπεῖν δὲ οὐκ ἔχω· μᾶλλον δὲ σαφῆς ἂν γένοιτο καὶ βῆσά τε δὴ. Ἀμαξίτου γὰρ ὡσπερ ἀποπαπτύκαμεν, πεπλανημεθά τε οὐδὲν ἤττον ἢ πάλας, πεφανάκιε δὲ, ὡς εἰοικεν, ὠδὴ λέγων ὁ Παῦλος· « Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεόν, ἐδουλεύσατε τοῖς φύσει μὴ οὐσι θεοῖς· νῦν δὲ γινώσκοντες Θεόν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἀνωθεν δουλεύειν θέλετε; » Ποῦ γὰρ ὄλω; τὸν ἀληθῆ καὶ οὐσιωδῶς ἐγνώκαμεν Θεόν, εἰ μὴ συνθεολογεῖται τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ;

B. Ναί, φησι, Θεὸν ἐγνώκαμεν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, οὐχὶ δὲ δὴ καὶ τὸ Πνεῦμα.

A. Ἄλλ' οὐ τοῖς διεφθορόσι τὸν ἴδιον νοῦν μυσταγωγῶν χρησόμεθα, προσέξομεν δὲ οὐχὶ πνεύμασι πλάνης, κατὰ τὰς Γραφάς· ἐνεῖναι δὲ μᾶλλον καὶ ἐνυπάρχειν οὐσιωδῶς πιστευσόμεν τῷ Θεῷ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, καθὰ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων τὸ ἀνθρώπινον· καὶ ὡσπερ ἂν, εἰ τις ἢ Πέτρον ἡμῖν, ἢ Ἰωάννην ὀνομάσαι τυχόν, συνεσημηνέ μοι πάντως αὐτοῖς καὶ τὸ ἴδιον αὐτῶν καὶ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα, καὶ τοῦ παντὸς ζώου ποιεῖται τὴν δῆλωσιν· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον ἐπὶ τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Συγκατασημαίνεται γὰρ ἑκατέρῳ τὸ Πνεῦμα, καὶ οὐχ ὡς μέρος ἂν αὐτοῦ, καθὰ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων νοούμεν. Ὑφέστηκε γὰρ ἰδικῶς, καὶ προῆσι μὲν ἐξ ἰδίας αὐτὸ φύσεως ὁ Πατήρ, χορηγεῖ δὲ τοῖς ἀξίοις καὶ αὐτὸς ὁ Υἱός. Δυσσεθὲς δὲ καὶ ἀπάληκτον κομιδῆ, τὸ κολοβοῦν εἰς δυάδα, καὶ οἰοεὶ συστέλλειν ἀποτομῶν τὴν τῆς θεότητος φύσιν, καί τοι γὰρ τῆς ἁγίας καὶ θεοπνεύστου Γραφῆς, ἐξ-απλοῦσης μὲν αὐτὴν ὡς ἐν ὑποστάσει ταῖς τριῖσι· συναγειρούσης δὲ αὐτὴν διὰ τῆς εἰσάπαν ἰσότητός τε καὶ ὁμιοῦότητος, εἰς ἐνότητά φυσικήν καὶ εἰς τὸ ταυ-τὸν ἐν οὐσίᾳ.

⁶ Prov. xii, 28. ⁷ Ephes. iv, 5. ⁸ II Petr. ii, 22. ⁹ Galat. iv, 8, 9.

B. Πόθεν οὖν, φησίν, ἢ πῶς ἂν νοῖτο, καὶ τὸ Α Ἠνεῦμα Θεός;

A. Ἀφ' ὧν αἶναι πέφυκεν, ὡς γενναῖα καὶ ἐξ ὧν ὃ τί ποτὲ ἐστὶ κατὰ φύσιν, ὡς ἐνὶ γνωρίζεται. Γινώσκεται δὲ τὰ ὄντα καλῶς, ἀφ' ὧν ἕκαστον ἀληθῶς ἐστὶν· ὀνομάτων δὲ ἡμῖν οὐ σφόδρα πολὺς ὁ λόγος, εἰς ἀναγκαίαν δῆλωσιν τῶν ἀπλανῶς ἐγνωσμένων, εἰ καὶ χρήσιμος τοῖς οὖσιν ἢ ἐκάστῳ πρέπουσα πλῆσις.

B. Σκοτεινὸς ὁ λόγος, συνίημι δὲ οὐ σφόδρα.

A. Ἐγὼ φράσω· καταλευκανῶ γὰρ, ὡς οἶδόν τε, τὸ δηλούμενον· ζῶον λογικόν, θνητόν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν, εἰ παρὶ τοῦ τις λέγοι, τί ἂν αὐτὸν ὠρίσθαι δοίης, ὡς γὰρ ἔστι;

B. Ἀνθρώπων δηλώνει.

A. Εἰ δὲ δὴ καὶ ζῶον λέγοι, προσαεῖς, ὅτι χρεμ-

τιστικόν;

B. Φαίην ἂν, ἔππον.

A. Εἶτα σεσωπηκός τὸ ἕκατέρου τῶν ὠρισμένων ὄνομα, πῶς ἂν αὐτὸς ἐφησ ἄνθρωπόν τε καὶ ἔππον;

B. Ὅτι, ὡς ἑταῖρα, πλὴν [γρ. τήν] ἀνθρώπου καὶ ἔππου φύσιν ὠρίσατο.

A. Εἰ δὲ δὴ τις ἐπετίμα ταυτί σοι διειρηκότι, καὶ μήτε ἀνθρώπων εἶναι τὸ ζῶον τὸ λογικόν, μήτε μὴν ἔππον ἐφη τὸ χρεμιστικόν, οὐκ ἐπενηγεμένον τοῖς ὄροις τοῖν ὀνομάτων, ἄρ' οὐ περιττόν καὶ ἐξεστηκότα καὶ ὀλιγογνώμονα διακαλεῖσθαι δεῖν τόν γε ὁδῶς ἀμαθῆ δικαίωσομεν;

B. Πάνυ μὲν οὖν.

A. Ἀνόθου δὲ δὴ τοῦτο δρᾶς, εἰ τις ἐροῖτό σε, καὶ ἀναμαθεῖν ἤξιον, τί ἂν ἀπεκρίνω;

B. Ἐφη ἂν, ὅτι τοῖς ἄγαν ὀρθῶς καὶ ἐντέχνως ὠρισμένοις τὸ ἐπιτιμᾶν, ἀμαθῆς. Ἴδιος μὲν γὰρ ἂ ἐκάστου τῶν ὄντων λόγος, ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς, καταδεικνύς· ὁμωνύμως δὲ πολλάκις ἐκφέρεται τὰ ὀνόματα.

A. Οὐκοῦν ἀληθεστέρα καὶ ἀπλανῆς τῶν ὄντων ἢ δῆλωσις, εἰ ἀφ' ὧν ἕκαστον κατὰ φύσιν ἐστὶν ἀκριβῶς βασανίζοιτο, καὶ οὐχὶ πάντως ἐξ ὀνομάτων. Ἡ γὰρ οὐχὶ τὸ ἀφάρτων καὶ ἀνώλεθρον, αἰδιόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, τῇ τῶν ὄλων βασιλίῳ προσάφομεν φύσει;

B. Πῶς γὰρ οὐ;

A. Τί δὲ, εἰπέ μοι, τὸ, Θεός;

B. Αὕτη δὴ πρεπόντως.

A. Ἄλλ' ἴδια μὲν αὐτῆς τὸ ἀφάρτων τε καὶ ἀνώλεθρον· ὄνομα δὲ τὸ, Θεός, κοινήν [γρ. κοινὴν] μὲν ἀγγέλοις, κοινὴν δὲ ἡμῖν αὐτοῖς, εἰ καὶ εἰσποίητον καὶ ὁσόν. Ὅμοίως, ἐνεσι μὲν ἀνθρώπων τὸ λογικόν· ὄνομα δὲ τὸ, ἀνθρώπος, καὶ τοῖς ἐκ λίθου παποτημένοις, ἡγουν ἐξ ὕλης ἐτέρας, εἰς εἶδος τὸ καθ' ἡμᾶς εὐ μάλα τετορνευμένοις. Ἴθι δὴ οὖν ἐπὶ τὸ χρῆναι σκοπεῖν πότερα τὸ Πνεῦμα Θεός τε καὶ ἐν Θεῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς, ἅτα δὴ καὶ τοῖς τῆς θεότητος ἰδιώμασιν οὐσιωδῶς ἐνηγιασμένον, ἡγουν κατ' ἐξείνους ἀληθῆ τὴν καταδρῆσιν καὶ ἀποχρῶσαν ἂν δέξαιτο αἰτίαν τοῦ δεῖν αὐτὸ τῆς πρὸς Θεὸν ὁμοουσιότητος ἀπολιθεῖν, ἐπεὶ μὴ ὠνόμαται Θεός. Καίτοι

B. Undenam igitur, inquit, aut quomodo agnosceretur etiam Spiritus esse Deus?

A. Ex natura sua, e bone, et ex eo quod est secundum naturam, quoad licet, agnoscitur. Res autem recte cognoscuntur ex eo quod unaquæque est vera. Verba autem non admodum curamus, ut necessario significentur ea quæ citra errorem nota sunt, licet unienique conveniens appellatio rebus sit utilis.

B. Obscura sunt quæ dictis, nec ea recte capio.

A. Dicam porro. Explauro enim, quantum in me est, id quod innuitur. Animal rationale, mortale, intellectus et scientiæ capax, si quis de aliquo dixerit, quidnam ipsum definitur dices, obsecro.

B. Nominem videlicet.

A. Sin autem dicat, animal hinnibile?

B. Dixerim esse equum.

A. At cum utriusque rei definitio nomen tæneoret, quomodo dixeris hominem esse et equum?

B. Propterea quod, amice, hominis et equi materiam desinit.

A. Jam si quis te hæc dicentem arguat, ac neque **635** hominem esse animal rationale, neque porro equum animal hinnibile esse dicat, quod definitionibus adjuncta non sint nomina: nonne rudein ac stupidum, et angusti animi vocandum esse hominem illum adeo ignarum judicabimus?

B. Ita prorsus.

A. At si quis te interrogaret, ac sciscitaretur quamobrem istud facis, quid responderes?

B. Dicerem rustici et imperiti esse, res tam bene tamque artificiosè definitas arguere. Uniuscujusque enim rei propria est definitio, quæ quid vera sit ostendit: nomina vero æquivoce plerumque efferruntur.

A. Itaque verior et erroris expertus est rerum demonstratio, si unaquæque ex eo quod est secundum naturam expendatur, non autem ex nominibus. Alioqui enim, nonne universi reginæ naturæ incorruptionem, æternitatem, et immutabilitatem tribuimus?

B. Omnino.

D A. Quidnam vero est Deus, obsecro?

B. Ipsa est utique natura regina.

A. At propria quidem sunt ipsius; incorruptio, et immortalitas: nomen autem, illud, Deus, commune est angelis, commune et nobis ipsis, licet æscitium ac datum sit. Similiter, inest quidem homini, rationale, nomen vero, homo; lignets, aut ex alia materia ad nostram effigiem expressis imaginibus tribuitur. Age ergo, considera utrum Spiritus sit Deus, et in Deo, et ex ipso naturaliter, præsertim cum deitatis quoque proprietatibus substantialiter præfulgeat; aut idonea, ut illi volunt, culpa condemnatus, consubstantialitate cum Deo exciderit, quandoquidem non est Deus nuncupatus. At nos citra laborem hic etiam nugantes illos redargue-

mus, rationibus utentes a re non alienis, sed ex ipsis eas sacris Litteris haurientes, et inani loquacitate, velut lippitudine quadam nostram mentem liberantes.

B. Concesserim equidem longe et incomparabiliter melius esse, dispicere, utrum deitatis proprietatibus conspicuus sit Spiritus sanctus, et nibilo minor sit ipse Patre et Filio, quam temere argutari, et in sola nominis inquisitione frustra sudare.

A. Distinete admodum ac recte valde loqueris, Permia. Hoc enim satius ac rectius esse puto. Verumtamen adversariis quibus curiosa scrutari est animus, videre licet Spiritum etiam esse Deum nuncupatum. Divinus enim et sacratissimus Petrus, furti manifestum **636** Ananiam fecit, et interversarum sacrarum oblationum, eumque vehementer increpavit dicens: « Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, et vendendum in tua erat potestate? quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo ¹⁰. »

B. Ita est. Deo enim mentitur, inquit, licet quis in Spiritum istud faciendum suscipiat.

A. Quonam pacto, amice, nisi Deus Spiritus est?

B. Quoniam si quis in sanctos pius sit, inquit, in Deum est pius. Unde sanctis discipulis Christus palam dixit: « Qui recipit vos, me recipit ¹¹. » Neque tamen nos veram et sanam doctrinam sequentes, dicimus deos esse secundum naturam discipulos, licet aliquis Filium recipiat, dum sanctos recipit. Simili ergo forsane ratione, qui peccat in Spiritum, in Deum peccat, qui misit ipsum.

A. At ubi res nominatae æqualibus viribus, et iisdem omnino proprietatibus naturaliter præditæ, consubstantialitatis invicem necessariam habent rationem, ibi certe superflua est plane ratio quia ad aliquid præstantius referantur: sed erunt potius secundum identitatem substantiæ, ambæ quidem in ambabus, et illa quidem ut hæc: hæc autem rursus ut illa. Cum autem naturalis inæqualitas nonnulla inter se diversa et alia facit, non dixerim incredibilem esse et absurdam illam qua ad excellentius quiddam referantur rationem. Si ergo non consubstantialis est Deo Spiritus, non peccaverit in Deum, qui in ipsum peccat Spiritum. Referetur enim id ad eum qui misit ipsum. Sin autem omnis eos ratio vel nolentes adigat, consubstantialitate cum Deo Spiritum honorare, suarum illos fabularum pudeat, qui consubstantialitate in eorum ordine collocant quæ non sunt ejusdem cum Deo substantiæ. Perinde enim non erit, aliquid in sanctos facere, et in Spiritum sanctum: sed si de homine verba fiant, jure

κάν τούτω ψευδομυθεῖν ἐλομένους, ἀκονεῖ διελέγξομεν, οὐκ ἐξαγωνίους χρώμενοι λογισμοῖς, ἀλλ' ἐξ ἱερῶν ἐλόντες γραμμάτων, καὶ τῆς ἐώλου βαττολογίας λήμης ὡσπερ τινὸς τὸν ἑαυτῶν ἀπαλλάττοντες νοῦν.

B. Δοίην ἂν ἐγωγε παραπολὺ δὴ τι καὶ ἀσυγκρίτως ἄμεινον, τὸ κατασκέπτεσθαι δεῖν, εἰ τοῖς τῆς θεότητος ἰδιώμασιν ἐκπρεπές τέ ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ μεῖον οὐδὲν ἐν αὐτῷ παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, ἦγουν ἀσυνέτως στενωλεσεῖν, καὶ ἰδροῦν εἰκῆ περὶ μόνην τὴν τοῦ ὀνόματος ζήτησιν.

A. Εὐκρινέστατά τε καὶ λίαν ἐφης ἐρθῶς, ὦ Ἐρμεία· μοίρας γὰρ οἶμαι τοῦτ' ἐπὶ τῆς ἀμείνονός τε καὶ ἀκριβοῦς. Ἐνεστί δ' οὖν ὁμοῦ πολυπραγμανεῖν ἐθέλουσι περιττὰ τοῖς δι' ἐναντίας, καὶ Θεὸν ὀνομαζόμενον τὸ Πνεῦμα ἰδεῖν. Ὁ γὰρ τοι θεοπέσιός τε καὶ ἱερώτατος Πέτρως, κατὰ φωνὴν μὲν ἵπτοιοι κεκλοφῶτα τὸν Ἀναγίαν τῶν θείων ἀναθημάτων, ἐπητιᾶτο ἐὰν λίαν, « Ἀναγία, λέγων, διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαί ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου; οὐχὶ μένον σοι ἔμενε, καὶ πρᾶθην ἐν τῇ σῆ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; Τί ἐστι τοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; Οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. »

B. Ναί· Θεῷ γὰρ ψεύδεται, ἠσῆ, κἂν ἔλοιτό τις εἰς τὸ Πνεῦμα τοῦτο δρᾶν.

A. Τίνα δὴ τρόπον, ὦ τᾶν, εἰ μὴ Θεὸς τὸ Πνεῦμά ἐστιν;

B. Ὅτι κἂν εἰ τις ἔλοιτο, φησὶν, εἰς ἁγίους εὐσεβεῖν, εἰς Θεὸν εὐσεβεῖ. Καὶ γοῦν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ἀναφανδὸν εἰρηκεν ὁ Χριστός· « Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται. » Καὶ οὐ δήπου φαμέν, ὀρθοῖς τε καὶ ἀναγκαίοις ἐπόμενοι λογισμοῖς; θεοὺς εἶναι κατὰ φύσιν τοὺς μαθητάς, κἂν εἰ δέξαιτό τις τὸν Υἱόν, ἁγίους εἰσοικισάμενος. Ἀναλόγως τοιγαροῦν τῷ τοιφθε τυχόν ὁ εἰς τὸ Πνεῦμα πλημμελῶν, Θεῷ πλημμελεῖ τῷ ἀποστειλαντι αὐτό.

A. Ἄλλ' ἐνθαπερ ἂν τὰ ὀνομασμένα καὶ ἐν χερσὶν ἴσοις καὶ ἀπαρράλλκτοις ἰδιώμασι φυσικῶς ἐμπρέποντα, τὴν τῆς ὁμοουσιότητος λόγον ἀναγκαῖον ἔχει πρὸς ἄλλα τῆς εἰς τὸ ἄμεινον ἀναφορᾶς, ἐκεῖ που πάντως ἐστὶ περιττός ὁ τρόπος· εἴην δ' ἂν μάλλον, κατὰ γε τὸ ἐν οὐσίᾳ ταυτὸν, ἀμφω μὲν ἐν ἀμφοῖν· ἐκεῖνό γε μὴν, ὡς τοῦτο, τοῦτο δὲ αὖ, ὡς ἐκεῖνο· ἀνίσότητος δὲ φυσικῆς διωστώσης τινὰ πρὸς τὸ ἑτεροίως ἔχειν, οὐκ ἐγωγε φαίην ἂν ἀπίθανόν τε καὶ ἀκαλλῆ τῆς ἐπὶ τὸ προὔχον ἀναφορᾶς τὸν λόγον. Εἰ μὲν οὖν οὐχ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ τὸ Πνεῦμά ἐστιν, οὐκ εἰς Θεὸν ἔσται πεπλημμελικῶς ὁ εἰς αὐτὸ πλημμελῶν. Ζητεῖτω τὸ χρῆμα τὴν ἀναφορὰν εἰς τὸν ἀποστειλαντα αὐτό. Εἰ δὲ ἅπας αὐτοῦς κατωθήσειεν ἂν καὶ οὐχ ἐκόντας λόγος, ὁμοουσιότητι τῇ πρὸς Θεὸν τὸ Πνεῦμα τιμᾶν, ἐπερυσθιάτωσαν ἦδη πως τοῖς σφῶν αὐτῶν εὐρήμασιν, ἐν ἴσῃ τοῖς Θεῷ μὴ ὁμοουσίως καταλογιζόμενοι καὶ τιθέντες τὸ ὁμοούσιον. Ἴσοστατήσκει γὰρ ἂν οὐτε που, τὸ εἰς ἁγίους τι δρᾶν, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄλλ' εἰ μὲν τις γένοιτο

¹⁰ Act. v, 3, 4. ¹¹ Math. x, 40.

περὶ ἀνθρώπου λόγος, εἰκότως ἂν ὀνομασθῶμεν εἰς Θεὸν ἃ τὸν προσεσηκῶτα τὴν ἀναφορὰν· ἤκοντος δὲ εἰς μέσον ἡμῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς αὐτὴν ἅπαν ἔσται τὸ δρωμένον, τὴν θέλαν τε καὶ ἀπόβρῆτον φύσιν, οὐ διὰ μεσίου τρέχον εἰς τι τῶν ὑπερκειμένων, ἀναθρῶσκον δὲ μᾶλλον προσεχῶς καὶ ἀμείστεύτως, εἰς αὐτὸ τὸ ἀνωτάτω καὶ ὑπερκόσμιον κάλλος. Τοιγάρτοι διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταυτὸν, ἐφήρμωσται μὲν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καίτοι τρίτῃ κατὰ μόνην τῶν ὀνομάτων τὴν σύνταξιν ἐκφερομένη πρὸς ἡμῶν τοῦ Πνεύματος κλήσεις, ἐφήρμωσται δὲ τῷ Υἱῷ. Ἐφη μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, τὸ ἐκ Σαμαρείας γύναιον εὐ μάλα παιδαγωγῶν· « Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνῶντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. » Γράφει δὲ καὶ ὁ Παῦλος· « Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακαλυμμένῃ προσώπῳ τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου κατοπριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· » καὶ πάλιν, « Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν. »

B. Ὁμοούσιον οὖν τὸ Πνεῦμά ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ;

A. Ναί, εἴπερ ἔστιν οὐχ ἑτέρως τὴν Θεοῦ μέθεξιν ἀγίους καταπλουτεῖν, ἢ ἐν τῷ Πνεύμα ἐλθεῖν. Θείας γὰρ φύσεως ἀποτελούμεθα κοινωνοί, κατὰ τὰς Γραφάς, πότερον κτιστῆ τε καὶ γενητῆ συνδουλούμενοι φύσει, ἢ γούν θεότητος ἀληθῶς ὡς ἐνι μεταλλαγάνοντες, γένος τε οὕτω χρηματίζοντες Θεοῦ;

B. Εἰ πυρὸς ἔστι μεταλαχεῖν οὐ δίχα πυρὸς, πῶς ἂν τι; καὶ μετάσχει θεότητος οὐ διὰ Θεοῦ;

A. Τὸ δ' οὖν ἐν ἡμῖν ὡς Θεός, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ τάξιν τε καὶ ἐνέργειαν ἀποπληροῦν, ἄρ' ἔσθ' ὅπως ἂν οὐκ εἴη Θεός;

B. Τίνα τρόπον;

A. Ἄθρει δὴ οὖν, τοῖς μὲν ἀνωθέν τε καὶ ἀρχαιοτέροις προσπεφωνηκότα τὸν Θεόν· « Διότι μεθ' ὑμῶν ἐγὼ εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐπέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν, θαρσεῖτε· » ἡμῖν δὲ αὐτὸν θεοπέσιον εὐαγγελιστήν· « Ἐν τούτῳ γινώσκωμεν, ὅτι μένει ἐν ἡμῖν, ἐκ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. » Τίνα γὰρ, εἰπέ μοι, τρόπον ἐν τε τοῖς ἀρχαιοτέροις ἢν ὁ Θεός, ἐπεστηκός τοῦ Πνεύματος; ἢ πῶς ἂν γένοιτο καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἔχουσι τὸ Πνεῦμα; Οὐ γὰρ που τὴν γε τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ παρουσίαν ἀποτελέσειεν ἂν ἐν ἡμῖν, ἑτεροφυεῖς ὄν τὸ Πνεῦμα πρὸς Θεόν.

B. Ἡκιστά γε.

A. Θεός οὖν ἄρα τὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν· ἢ εἴπερ οὐχ ὧδε ἔχειν ὄνεται κατὰ σφᾶς αὐτοῦς, εἰκαζόν ἤδη βραψύδημα, καὶ φανακισμὸς ἀληθῶς, ὁ τοῦ σοφωτάτου Παύλου καταφανεῖται λόγος, γεγραπτός· ὡδὶ τοῖς τὸ Πνεῦμα ἐλοῦσι, καὶ δι' αὐτοῦ προφητεύουσιν· « Ἐὰν δὲ πάντες προφητεύουσιν, εἰσέλθῃ δὲ τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, τὰ κρυπτά τῆς καρδίας αὐτοῦ, φανερά γίνονται· καὶ οὕτω πεισῶν ἐπὶ πρόσωπον, προσκνήσει τῷ Θεῷ, ἀπαγγέλλων, ὅτι

ad Deum ejus auctorem referemus: alio autem in medium sancto Spiritu, quodcumque factum fuerit, in ipsam divinam et ineffabilem naturam erit, non per mediatorem ad aliquid sublimius tendens, sed proxime et immediate ad ipsam supremam et supermundanam pulchritudinem prosiliens. Quocirca propter identitatem substantiæ convenit quidem Deo ac Patri, licet tertia secundum nominum duntaxat ordinem Spiritus appellatio: itemque Filio convenit. Dixit enim Christus, cum Samaritanam mulierculam instrueret: « Spiritus est Deus: et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare¹². » Scribit item Paulus: « Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu¹³. » Et rursus: « Dominus autem Spiritus est¹⁴. »

B. Consubstantialis igitur Spiritus est Patri et Filio?

A. Ita prorsus, siquidem Dei participationem sancti non aliter obtinent, quam susceptione Spiritus. Divinæ enim naturæ consortes efficiuntur, secundum Scripturas¹⁵: utrum una cum creata et facta natura ei subjecti, an divinitatis revera, quantum licet, participes, atque ita Dei genus nuncupati?

B. Si non potest ignis esse particeps absque igne quomodo divinitatis erit particeps, non per Deum?

A. Quod igitur in nobis est tanquam Deus, et Dei locum et virtutem implet, sterine potest ut non sit Deus?

B. Quo pacto?

A. Animadvertite, quæso, Deum priscis illis hominibus, dicentem: Propterea vobiscum ego sum, dicit Dominus omnipotens, et Spiritus meus astitit in medio vestri, confidite¹⁶. Rursus divinum nobis evangelistam: « In hoc scimus, quoniam manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis¹⁷. » Quomodo enim, quæso, in veteribus erat Deus, astante Spiritu? aut quomodo fuerit etiam in nobis ipsis, Spiritum habentibus? Non enim naturalis Dei præsentiam effecerit in nobis Spiritus, si sit alterius a Deo naturæ.

B. Minime vero.

A. Deus igitur Spiritus est, et ex Deo secundum naturam, aut, si ita se non habere apud se reputant, vanum demum mendacium, et impostura esse deprehenditur quod a sapientissimo Paulo dicitur, qui hunc in modum scripsit iis qui Spiritum acceperant et per ipsum prophetabant: « Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota: convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: occulta cordis ejus manifesta sunt: et ita cadens in faciem adorabit Deum. 638 pronun-

¹² Joan. iv, 21. ¹³ II Cor. iii, 18. ¹⁴ ibid. 17. ¹⁵ II Petr. i, 4. ¹⁶ Agg. ii, 6. ¹⁷ I Joan. iii, 24

tians quod vere Deus in vobis sit ¹⁰. » Quinetiam A linguarum amatoribus : « Itaque, inquit, qui lingua loquitur, non hominibus loquitur, sed Deo. Nemo enim audit, Spiritu autem loquitur mysteria ¹¹. » Ubi enim plane in illis qui per Spiritum prophetant habitans intelligitur Deus? Spiritus autem loquitur mysteria, quoniam demum pacto cum Deo loquitur, si identitate cum Deo naturali caret Spiritus ejus?

B. Quam recta et æqua dicis!

A. Ad hæc dixerim, innumeram nobis non inopertarum rationum præsto fore multitudinem, quæ nos a blasphemia in Spiritum procul abducant, et in veritatis itinere statuunt.

B. Quomodo dixisti?

A. Nonne ad imaginem Dei fabricatum esse dici- B mus in terra hominem?

B. Quis dubitat?

A. Quod autem divinam nobis imprimit imaginem, et signaculi instar supramundanam pulchritudinem inserit, nonne Spiritus est?

B. At non tanquam Deus, inquirunt, sed tanquam divinæ gratiæ subministrator.

A. Non ipse itaque in nobis, sed per ipsum gratia imprimitur.

B. Videlicet.

A. Oporteret igitur imaginem gratiæ, non imaginem Dei vocari hominem. Istud autem perro considera. Sapiens enim est, ut reor, ac simplex quæd dicturus sum. Creatum enim est in principio animal, Deo ipsum fabricante, et suæ veluti manus forma- C tione ipsum honorante, secundum Scripturas. Quod quidem in lucem editum, ad Dei similitudinem formatum est, inspirato ei vitæ spiraculo ¹². Sed cum sanctificationem conversione ad vitium emisisset, ad pristinam et antiquissimam rursus pulchritudinem revocatum est, Christus quod inveteratum erat in formam divinam et spiritalem restaurante, nec alio modo, quam illo pristino. Insufflavit enim sanctis apostolis, dicens : « Accipite Spiritum sanctum ¹³. » Annon si quis in Christo, nova quoque est creatura?

B. Etiam.

A. Itaque dictum verum est, imo cogitatum jam quodammodo necessarium, quod si antiquatio, et corruptionis ratio imaginis sanctificatione præditæ amissionem intulit : reversione in veterem statum et renovatione per Christum, similitudinem cum Deo inseri fatebimur?

B. Ita prorsus.

A. At si ab essentia Spiritus dissita esset gratia per ipsum : quidni clare dixit 639 beatus Moses producto in lucem animali inspirasse universi Creatorem gratiam per vitæ spiritum; Christus autem nobis : Accipite gratiam per ministerium Spiritus sancti? Atqui nuncupatus est quidem in illo, Spiritus

θεός ὁ θεός ἐν ὑμῖν ἐστι. » Καὶ μὴ καὶ τοὺς γλώσσων ἑρασταῖς, « Ὅστε, φησὶν, ὁ λαλῶν γλώσση, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ θεῷ. Ὅθεν γὰρ ἄλλοι τοὺς Πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια. » Ποῦ γὰρ ἄλλοι τοὺς διὰ τοῦ Πνεύματος προφητεῦσιν ἐγκατασκευῶς νοστο θεός; Πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια, τίνα δὲ ἐρόπον, ὁ θεῷ διαλεγόμενος, εἰ ταυτότητος τῆς πρὸς θεὸν φυσικῆς ὀφειλὸν ἐστὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ;

B. Ὡς ὀρθὰ καὶ δίκαια λέγεις!

A. Καὶ πρὸς γε τοῦτοις φαίην ἂν, ὅτι πλείστη τις ὄση περιεστέξει πληθὺς, καὶ οὐκ ἀσυνέτων ἡμᾶς διαλογισμῶν, τῆς μὲν κατὰ τοῦ Πνεύματος δυσφημίας νεανικῶς ἀποφέρουσα, ταῖς δὲ τῆς ἀληθείας ἐπιστάσα τρίβοις.

B. Πῶς εἶπες;

A. Ἡ οὐχὶ κατ' εἰκόνα θεοῦ τετεχνουργησθῆαι φάμεν ἐπὶ γῆς τὸν ἀνθρώπον;

B. Πῶς γὰρ οὐ;

A. Τὸ δὲ δὴ τὴν θεῖαν ἡμῖν ἐγκαράττον εἰκόνα, καὶ σημάντρου δίκην ἐμποιοῦν τὸ ὑπερκόσμιον κάλλος, οὐχὶ τὸ Πνεῦμά ἐστιν;

B. Ἄλλ' οὐχ ὡς θεός, φησὶν, ἀλλ' ὡς θείας χάριτος ὑπουργόν.

A. Οὐκ αὐτὸ τοιγαροῦν ἡμῖν, ἀλλ' ἡ δι' αὐτοῦ χάρις ἐνοσημαίνεται.

B. Ἔοικεν.

A. Ἦν οὖν ἀναγκαῖον, εἰκόνα τῆς χάριτος, καὶ οὐχὶ μᾶλλον εἰκόνα θεοῦ διακεκλησθῆαι τὸν ἀνθρώπον. Καὶ τότε δὲ σκέπει· σοφὸς γὰρ, ὡς οἶμαι, καὶ ἀκλόυς ὁ λόγος. Δεδημιούργηται μὲν γὰρ ἐν ἀρχῇ τὸ ζῶον πλαστουργούντος αὐτὸ τοῦ θεοῦ, καὶ τετιμηκότος οἰονεὶ τῇ αὐτοχειρίᾳ, κατὰ τὰς Γραφάς. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸ εἶναι παρήκτο, διεμορφούτο πρὸς θεὸν, ἐμφυσήσεως αὐτῷ πνοῆς ζωῆς. Ἀπεμποληκῶς δὲ τὸν ἁγιασμὸν διὰ τῆς εἰς φαυλότητα παρατροπῆς, εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς καὶ προσθῦτατον αὐθὺς ἀνεκομίζετο κάλλος, καινουργούντος τὸ παλαιωθὲν εἰς εἶδος τὸ θεῖον τε καὶ νοητὸν τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐ καθ' ἑτερόν τινα τρόπον, πλην οὗτι τὸν ἐν ἀρχαῖς ἐνεφύσησε γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἁγίον. » Ἡ οὐκ εἰ τις ἐν Χριστῷ, καὶ καινῇ κτίσει;

B. Ναι.

A. Οὐκοῦν ἀληθὲς εἶπες, μᾶλλον δὲ καὶ ἀναγκαῖον D ἤδη πως ἔννοεῖν, ὡς εἶπερ ἡ παλαιώσις καὶ ὁ τρόπος τῆς καταφθορᾶς νεώσηκε τῆς εἰκόνης τῆς ἐν ἁγιασμῷ τὴν ἀπεμπολὴν, ἄρ' οὐχὶ τῇ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀναδρομῇ, καὶ καινουργίᾳ, τῇ διὰ Χριστοῦ, τῆς πρὸς θεὸν ἐμφερείας τὴν πρόσληψιν εἶναι παραχωρήσωμεν;

B. Πάνυ μὲν οὖν.

A. Ἄλλ' εἰ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος δισχοινισμένη τις ἦν ἡ δι' αὐτοῦ χάρις, τί μὴ εἶρη σαφῶς, ὁ μὲν μακάριος Μωσῆς, ὅτι παρενηνεγμένῳ τῷ ζώῳ πρὸς τὸ εἶναι, λοιπὸν ἐνεφύσησε χάριν ὁ πάντων δημιουργός, τὴν διὰ πνοῆς τῆς ζωῆς. Χριστὸς δὲ ἡμῖν· Λάβετε χάριν τὴν δι' ὑπουργίας τοῦ ἁγίου Πνεύμα-

¹⁰ I Cor. xiv, 21, 25. ¹¹ ibid. 2. ¹² Gen. ii, 7. ¹³ Joan. xx, 22.

τος; Ἄλλ' ὠνόμασται μὲν ἐν ἐκείνῳ, Πνοή ζωῆς· Ἄ
ζωῆ γὰρ ἀληθῆς ἡ τῆς θεότητος φύσις, εἴπερ ἐστὶν
ἀληθὲς, ὡς ἐν αὐτῇ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν·
διὰ δὲ τῆς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς, Πνεῦμα ἄγιον, αὐτό
που κατὰ τὸ ἀληθὲς ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς
ἐγκατοικίζοντός τε καὶ ἐνιέντος τὸ Πνεῦμα, καὶ δι'
αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ μεταπλάττοντος εἰς εἶδος τὸ ἐν
ἀρχαῖς, τούτέστιν, εἰς αὐτὸν, ἦτοι πρὸς ἰδίαν ἐμφέ-
ρειαν δι' ἁγιασμοῦ, οὕτω τε ἡμᾶς ἀνακοιμίζοντος εἰς
τὸ τῆς εἰκόνος ἀρχέτυπον, τούτέστι, τὸν χαρακτήρα
τοῦ Πατρὸς. Χαρακτήρ μὲν γὰρ ὁ ἀληθινός, καὶ εἰς
λήξιν ἀκριβείας τῆς κατ' ἐμφέρειαν νοουμένης, αὐ-
τός ἐστιν ὁ Υἱός· ὁμοίωσις δὲ ἀκριβοῦς τε καὶ φυ-
σικῆ τοῦ Υἱοῦ, τὸ Πνεῦμά ἐστι, πρὸς ὃ καὶ ἡμεῖς
μορφόμενοι δι' ἁγιασμοῦ, πρὸς αὐτὴν εἰδοποιούμεθα
τὴν Θεοῦ μορφήν. Ἀποστολικὸς δὲ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς
ἀναπαίσει λόγος. « Τεκνία γὰρ, ἐφασκεν, οὐδὲ πάλιν
ὠδίνῳ, ἀχρις οὗ μορφωθῆ Ἰησοῦς ἐν ὑμῖν. » Μορ-
φοῦται δὲ διὰ Πνεύματος, ἀναστοιχειούντος ἡμᾶς
πρὸς Θεὸν δι' ἑαυτοῦ. Ὅτε τοίνυν πρὸς Χριστὸν μορ-
φοῦμεθα, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐνσημαίνεται καὶ εἰδοποιεῖ-
ται καλῶς ὡς δι' ὁμοίως φυσικῶς τοῦ Πνεύματος,
Θεὸς ἄρα τὸ Πνεῦμά ἐστι, τὸ διαμορφοῦν πρὸς Θεόν,
οὐχ ὡς διὰ χάριτος ὑποργικῆς, ἀλλ' ὡς θέλας φύ-
σεως μέθεξιν, ἑαυτῷ [OEcol. αὐτῷ] τοῖς ἀξίως ὡ-
ρούμενον. Ὅτι δὲ ὁμοίωσις ἀληθῆς τοῦ Υἱοῦ τὸ
Πνεῦμά ἐστι, γεγραφέτος ἀκούση τοῦ μακαρίου Παύ-
λου· « Ὅτι οὐδὲ πρόεγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους
τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ· τούτους καὶ ἐκάλεσεν. »
Ἀναπλαττόμεθα γὰρ εἰς εἰκονισμὸν τὸν πρὸς τὸ
Πνεῦμα τὸ ἄγιον, ἦτοι πρὸς Θεόν, διὰ πίστεως καὶ
ἁγιασμοῦ, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸ σχέσεως, ὅθλον δὲ ὅτι
φύσεως ὠνομάσμεθα κοινωνοί.

B. Οὐκ ἂν ἔχοιμι τοῖς εἰρημένους ἐπιτιμᾶν.

A. Ναοὶ δὲ Θεοῦ, καὶ μὴν καὶ θεοὶ κεκλήμεθα·
καὶ ἐσμέν, ἀνότου γε δὴ; Πύθου τῶν δι' ἐναντίας,
εἴπερ ἐσμέν ἀληθῶς ψιλῆς καὶ ἀνυποστάτου χάριτος
μέτοχοι; Ἄλλ' οὐχ ὧδε ἔχει ποθέν. Ναοὶ γὰρ ἐσμεν
τοῦ ὄντος; τε καὶ ὑφ' ἐστὶν Πνεύματος· κεκλήμεθα
δὲ δι' αὐτὸ καὶ θεοὶ, ἅτε δὴ τῇ θεῖᾳ τε καὶ ἀπορρήτῳ
φύσει τῇ πρὸς αὐτὸ συναφελῶς κεκοινωνηκότες. Ἐκ-
φυλον δὲ εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς, καὶ τῆς θέλας φύσεως
ἐκισμένον οὐσιωδῶς, τὸ θεοποιῶν ἡμᾶς Πνεῦμα
δι' ἑαυτοῦ, διημαρτήκαμεν τῆς ἐλπίδος, αὐχήμεσι
τοῖς εἰς τὸ μὴδὲν οὐκ οἶδ' ὅπως ἠγλαίσμενοι. Πῶ
γὰρ ἔτι θεοὶ καὶ ναοὶ Θεοῦ ἐσμεν, κατὰ τὰς Γρα-
φὰς, διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐν ἡμῖν; Τὸ γάρτοι τοῦ εἶναι
Θεὸς τητῶμενον, πῶς ἂν ἐνθεῖν τὸ χρῆμα ἐτέροις;
Ἄλλὰ μὴν ἐσμεν ναοὶ καὶ θεοὶ. Προσεκτέον δὲ οὐτι-
που τοῖς πεπλανημένοις. Οὐχ ἑτεροούσιον ἄρα πρὸς
Θεὸν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ.

B. Ἄλλ' εἴπερ ἐστὶν οὐχ ἑτεροούσιον, ὡς σὺ φῆς,
διὰ τί μὴ καὶ αὐτὸ, φασίν, ἡ Πατὴρ ἐστίν, ἢ ὁ
Υἱός;

A. Ἐἴτα φύσεως, εἰπέ μοι, τῆς ἀνωτάτω καὶ πάντα

A vitæ. Vita enim vera est deitati; natura, siquidem
verum est quod in ipsa vivimus, et movemur, et su-
mus ²¹. Spiritus autem sanctus per vocem Serva-
toris, qui ipsam revera Spiritum in credentiam
animas inducit, et immittit, et per ipsum et in ipso
reformat in formam pristinam, hoc est, in seipsum,
sive in suam similitudinem per sanctificationem,
atque ita nos revocat in imaginis archetypum, hoc
est, characterem Patris. Character enim verus, et
perfecte similitudinem exprimens ipse est Filius,
similitudo vero pura et naturalis Filii, Spiritus est,
ad quem etiam nos configurati per sanctificationem,
ad ipsam Dei formam configuramur. Quod ut cre-
damus, Apostoli dictum persuadebit. « Filii enim
inquit, quos iterum parturio, donec formetur Chri-
stus in vobis ²². » Formatur autem per Spiritum,
qui nos reformat ad Deum per seipsum. Cum igitur
ad Christum formemur, et ipse in nobis signetur,
et recte formetur veluti per similem naturaliter
Spiritum, Deus ergo est Spiritus, qui ad Deum ef-
format, non tanquam per ministerialem gratiam,
sed tanquam divinæ naturæ participationem se-
ipsum dignis largiens. Quod autem similitudo vera
Filii sit Spiritus, audies beatum Paulum scribentem :
« Nam quos præcivit, et prædestinavit conformes
fieri imaginis Filii sui, hos et vocavit ²³. » Reform-
amur enim in effigiem quæ est ad Spiritum san-
ctum, sive ad Deum, per fidem et sanctificationem, et
relationem ad ipsum, nimirum per participationem,
et adventitiam, licet divinæ naturæ nuncupati sinus
participes.

τῆς κατὰ μέθεξιν, καὶ εἰσχεκριμένως, εἰ καὶ θέλας

B. Nihil est quod in iis quæ dicta sunt redar-
guam.

A. Templam autem Dei, adeoque dii quæmōbrem
vocamur, et sumus? Interroga adversarios, utrum
simus reipsa nudæ et subsistentia carentis gratiæ
participes. At ita res non est: nullo modo. Templam
enim sumus existentis et subsistentis Spiritus:
vocati autem sumus propter ipsum etiam dii, præ-
sertim cum divinæ ejus et ineffabilis naturæ non-
junctione cum ipso simus participes. 640 Quod si
revera alienus, et a natura divina substantialiter
dissitus est Spiritus, qui nos per seipsum deificat,
spe excidimus, inani gloria nescio quomodo præ-
fulgentes. Quo pacto enim dii demum et templa Dei
sumus, ut Scripturæ loquuntur ²⁴, propter Spiritum
qui in nobis est? Quod enim Deus non est, quomodo
deitatem aliis indat? Atqui templa sumus, et dii;
neque vero acquiescendum est in errore versan-
tibus. Non est ergo diversæ a Deo substantiæ Spi-
ritus ejus.

B. Sed si non est, ut tu dicis, alterius essentia,
quidni etiam ipsæ, inquit, Pater est, aut Fi-
lius?

A. Quid ergo, amice? an de suprema et eminea-

²¹ Act. xvii, 28. ²² Galat. iv, 19. ²³ Rom. viii, 28, 29. ²⁴ I Cor. iii, 16.

tissima natura deturbatum iri Spiritum sanctum existimant, quod neque Pater sit, neque Filius?

B. Sic sentiunt.

Aliam videri potest Facundus Hermianensis in codice quo usus est partitionem invenisse: nam quod Photius octavum caput esse indicat, septimum ipse vocat; decimum vero, quod apud Photium undecimum ponitur. Sic enim scribit: *Cyrillus in libro quem Scholia nuncupavit, titulo septimo, quam esse dicimus adunationem, anima, inquit, omnia quæ sunt corporis, etc. (Lib. xi, c. 7.) Et postea: Rursus autem eodem librō, titulo decimo, quid dixerit, vel quid prima fronte solus ipse titulus præferat, advertamus; nam hoc in illo se ostensurum esse promisit dicens (Ibid.), quod et adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ permanserint. Utque hoc probaret subjecit ista: Erectum est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, etc.*

Quanquam in utrumque locum facile potuit mendum irrepere, si modo litteris Romanis, ut credibile est, vii, xi, numerus scriptus sit: potuit enim facile detrahi in uno loco, et in altero addi ab incuriosis librariis tertia vocalis. Quare Facundi lectio corrigenda mihi videtur, retinenda Photii, contractis tamen in unum capitibus duobus de carbone vel lilio: quæ exempla ad id, quod in titulo propositum est, probandum pariter conducunt.

Et vero par est credere, suum singulis capitibus inscriptum fuisse argumentum quod tractandum foret; non item id contigisse, quod in libris editis legitur, ut singula capita singulis, sive testimoniis, sive exemplis inconcinne et ἀμεθόδως tribuerentur. Mercatoris porro codex nihil adjumenti conferre valuit ad alterutram opinionem confirmandam, siquidem titulos habet sine ulla numeris.

Igitur tametsi distributio capitum, quæ usu recepta est, religiose servanda sit, visum est tamen operæ pretium fore, si singulis capitibus Scholiorum Photii numeri cum vulgatis apponerentur, et hic, propositis singulorum capitum ex Mercatore titulis, per synopsis totum opus exhiberetur.

Cyrilli episcopi Alexandria de incarnatione Unigeniti.

CAPUT I. Quid est Christus.

CAP. II. Qualiter intelligi debeat Emmanuel.

CAP. III. Quid est Jesus.

CAP. IV. Quam ob causam homo dictum sit Dei Verbum.

CAP. V. Quam ob causam exinanitum dicatur Dei Verbum.

CAP. VI. Quomodo unus Christus.

CAP. VII. Quomodo unus Emmanuel.

CAP. VIII. Quam esse dicimus adunationem.

CAP. IX. Quod incorporalis divinitatis corpus facta fuerit ipsa caro habens animam rationabilem; et quod si ea a se dividere voluerimus, procul dubio labefactabimus dispensationem, quæ in Christo intelligitur.

CAP. X. Quod adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ permanserint.

CAP. XI. Quod, cum esset Deus Verbum, factus sit homo, nec homo simpliciter, nuda conjunctione honoratus, vocatus sit ad parem dignitatem Dei Verbi, sive auctoritatem, sicut quibusdam videtur.

CAP. XII. Quod Christus Jesus vocetur homo factus Deus Verbum.

CAP. XIII. Quod Christus non sit homo θεοφόρος, nec simpliciter in homine inhabitavit Dei Verbum; sed magis caro sit factum, sive homo perfectus, secundum Scripturas.

CAP. XIV. Dicta apostolica, in quibus Deus nominatus sit Christus.

CAP. XV. Quomodo oporteat intelligere: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*: et quomodo mittitur Verbum quod Deus est; quomodo proprium ipsius dicitur corpus.

CAP. XVI. Quomodo intelligatur Θεοτόκος Virgo sancta.

CAP. XVII. Quod Deus nominetur et homo, apparens Unigenitus.

CAP. XVIII. De Christi passione, quod utile sit. Quod secundum aliud et aliud de uno eodem dicitur, nec dividimus in duo.

CAP. XIX. Adversus illos qui aiunt, quod sola relatione Deum Verbum deceant humana.

Esi porro quinque capita, eaque proluxa, quæ vulgo deficiunt, Marianus codex suppeditet, vix ausim tamen spondere, etiamnum integrum opus edi, si qua fides Anastasio Sinaitæ: citat enim locum de statere reperto in ore piscis, qui non reperitur in Scholiis, ejusmodi nunc habentur: Sed valde suspicor, Anastasium memoria lapsum pro alio opere Scholia posuisse: eoque probabilior suspicio videtur, quod librum ὁδηγῶν recordatione potius quam lectione auctorum se composuisse testatus sit, moneatque ideo lectorem de recognoscendis vel etiam restituendis testimoniis.

Occasione porro Scholorum, ex quibus tria testimonia Theodoretus adduxit in secundo Eranistæ dialogo, prætermittere non possum, quid conjecerim de testimoniis illis, quæ in concilio Chalcedonensi sancti Leonis epistolæ subjuncta sunt: ea nempe a Theodoro adjuncta esse; nam omnia totidem verbis in dialogo quem dixi, leguntur, nullaque sit in tota epistola sive mentio, sive promissio afferendorum. Adde quod Theodoretus a Fecundo dicitur asseruisse adversus Palæstinos et Illyricianos reclamantes epistolam Leonis, adducto scilicet, ut habent acta concilii Chalcedonensis, testimonio, quod inter subjuncta legitur. Non fuisset vero adducto opus, si jam epistolæ subjunctum esset: fuisset enim procul dubio simul lectum, aliæque pariter, si modo aliqua essent tunc temporis. Quid quod a Theodoro aut certe ab iis qui Theodoretum partibus studebant, versam in sermonem Græcum epistolam proditum est, imo et a vertentibus vitiatam, quod postremum Leo ipse queritur apud Marcianum imperatorem. Accedat etiam, quod in epistola pontifex plura fidei capita, non tantum adversus Eutychem, sed etiam contra Nestorium exponat; nec alia tamen testimonia subdantur, quam quæ ad distinctionem naturarum asserendam valent, quæque in dialogo qui dicitur *Inconfusus*, adhibita fuerant ad eos, qui Theodoro Apollinarismi nomine suspecti erant, consultandos; non afferantur quæ ex libris contra Nestorium scriptis, in ipso etiam citato dialogo leguntur.

Quanti vero pretii sit opusculum istud, æstimare licet vel inde maxime, quod nemo fere consequentium tractatorum, qui auctoritate Cyrilli in mysterio Incarnationis exponendo uti voluerit, testimonium aliquod ex Scholiis non sumpserit. Adde quod Cyrillus ipse videri possit hanc suam elucubrationem commendasse, cum scriberet Eulogio: *Complectitur, inquit, idem liber sub finem breves quasdam de Christi dispensatione expositiones, easque pulchras admodum et utiles*. Oportet enim expositiones quas memorat, vel a Scholiis, vel a consequente tractatu de Incarnatione Verbi, vel a dialogo subjuncto non differre: neque enim aliud quidpiam scripsit, de quo dubium esse possit. At differt profecto a consequente tractatu qui revera unus quidam sermo est; differt etiam a dialogo mox dicto: quis enim dialogum ἐκθέσεως nomine proprio appellet? Quanquam potuit dialogus subjungi Scholiis, ut epitome quædam et velut ὑπόμνημα.

Quam accurata methodo sit conscriptum, ex serie apertum est. Cyrillus a simplicium vocum interpretatione exorsus exponit, quid sit Christus, quid Emmanuel, quid Jesus, quid unus, quid unio. Mox ad propositiones, quæ in hac materia usurpari solent, orationem deflectens edisserit, qua ratione Christus sit unus, unus Emmanuel, unus Jesus, id est, unus Dominus, etc. Tum quomodo Verbum dicatur exinanitum, carni unitum, factum homo, nec ideo tamen mutatum, aut divinitate exutum. Hinc quo pacto Christus non sit homo θεοφόρος, aut minime afflatus, sed vere homo Deus, deinde qua ratione Verbum perhibeatur in nobis habitare, ad nos mitti, corpus habere proprium, et quomodo intelligatur

θεοτόκος virgo sancta. Tandem quod Unigenitus in carne visibilis apparet nominetur Deus et homo : quomodo passus, et in quo postremo refellit eos qui humana non alia ratione Deum decere putant, quam relatione sola. Cæterum, quod jam monui, distinctionibus ad declinandas heterodoxorum objectiones nullibus singula fere capita plena sunt.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΑΚΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΜΟΝΟΓΕΝΟΥΣ.

SANCTI CYRILLI

SCHOLIA DE INCARNATIONE UNIGENITI.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

A

CAP. I.

Ti est Christus.

Quid est Christus.

Τὸ Χριστὸς ὄνομα οὔτε ὄρου δύναμιν ἔχει, οὔτε μὴν τὴν τινος οὐσίαν, ὃ τί ποτέ ἐστι σημαίνει· καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸ ἄνθρωπος, ἢ ἵππος, ἢ βόυς. Πράγματος δὲ μᾶλλον ἐνεργουμένου περὶ τίνα ποιεῖται δῆλωσιν. Ἐλαίω μὲν ἐχρίοντο τῶν ἀρχαιοτέρων τινές, κατὰ γὰρ τῷ Θεῷ τὴν τρικλάδε δοκοῦν. Καὶ σύνθημα βασιλείας ἦν ἡ χρίσις αὐτοῦ. Ἐχρίοντο δὲ καὶ οἱ προφῆται νοητῶς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὥστε καὶ ἐνταῦθεν ὀνομάζεσθαι χριστοῦς. Ψάλλει γοῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ φησι· « Μὴ ἀπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μὴ πονηρῆσεσθε. » Φησὶ δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἀδβακούμ· « Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σώσαι τοὺς χριστοῦς σου. »

Ἐπὶ δὲ γὰρ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, χρίσιν μὲν γενέσθαι φαμέν. Πλὴν οὔτε συμβολικῆν, ὡς ἐλαίω, δρωμένην, οὔτε μὴν τὴν ὡς ἐν χάριτι τῇ προφητικῇ· ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνην, τὴν ὡς ἐν γὰρ τῷ προχειρίζεσθαι νοουμένην πρὸς κατόρθωσιν τοῦ τοιοῦτου θεῶ τινος πράγματος· ὅποιόν τι γενέσθαι φαμέν, καὶ ἐπὶ Κύρου τοῦ Περσῶν τε καὶ Μήδων βασιλευκότος, ὃς κατεστράτευσεν τῆς Βαβυλωνίων, παραθῆγοντος εἰς τοῦτο αὐτὸν τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ. Εἴρηται γάρ, « Οὕτω λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρω, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς. » Καίτοι γὰρ εἰδωλόλατρης ὑπάρχων ἀνὴρ, ὀνόμασται χριστὸς, διὰ τὸ οἰνοῦν καχεῖσθαι πρὸς βασιλεία τῇ ἀνωθεν ψήφω· προκεχειρίζεται τε παρὰ Θεοῦ κατὰ κράτος αἰρῆσαι τὴν Βαβυλωνίων.

Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον... Ἐπειδὴ γὰρ, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, βεβασιλευκε κατὰ πάντων ἡ ἁμαρτία, ἀπέπητῃ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ γέγονε

779 Christi nomen nec definitionis vim obtinet, nec cujuspiam substantiam, qualis sit, significat, sicut forte homo, aut equus, aut bos; sed rei magis quæ in aliquo agatur, habet significationem: oleo namque ungebantur quidam superiorum, juxta quod Deo tunc temporis placebat, et signum regni illi erat unctio. Ungebantur autem et prophetae sensibilibiter Spiritu sancto, ut inde quoque nominarentur christi. Denique beatus David psallit ex persona Dei, et ait: « Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari ». Ait autem et propheta Habacuc: « Existi ad salutem populi tui, ut salvares christos tuos ».

In Christo autem omnium Salvatore unctioem quidem factam esse dicimus: cæterum neque symbolicam, quasi oleo factam, nec quasi in gratia prophetica; sed nec illam, quæ intelligitur fieri ad perfectionem alicujus hujusmodi negotii, qualem factam esse dicimus in Cyro Persarum et Medorum rege. Contra Babylonion enim ille duxit exercitum, instigante ipsum in id Deo omnipotente. Dictum est enim: « Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram ». Atqui ille vir, cum esset idolorum cultor, nominatus est christus, id est quod quasi unctus est in regnum, cælesti suffragio, et ordinatus est a Deo ut Babylonem vehementer expugnaret.

Illud autem magis de Christo. Quoniam enim propter Adæ prævaricationem regnaverat supra omnes peccatum, et Spiritus ab humanitate discesse-

¹ Psal. civ, 15. ² Habac. iii, 13, juxta LXX. ³ Isa. xlv, 1. ⁴ Rom. v, 14.

rat⁴, ob eamque causam in malis omnibus illa
versabatur; opus autem erat ut rursus, per Dei
misericordiam in pristinum revocata, Spiritum me-
reretur: homo factum est unigenitum Dei Verbum,
et cum terreno corpore terrenis apparuit. Fuit
etiam liberum a peccato, ut et in ipso, et in eo
solo, innocentiae laudibus natura hominis coronata,
Spiritu sancto ditaretur, ac sic reformaretur ad
Deum per sanctificationem. **780** Transit enim
ad nos quoque gratia cepta a Christo, qui est in
nobis primogenitus; idque nos docens beatus Da-
vid psallit ad Filium: « Dilexisti Justitiam et odisti
iniquitatem, ideo unxit te Deus Deus tuus oleo læ-
titiæ⁶. »

Unctus est igitur exemplo nostro Filius innocentiae
laudibus, et, ut ante dixi, in ipso natura hominis
illustrata, et digna jam sortiri Spiritum sanctum,
jam non discessurum, sicut antea, sed mansurum
magis in ipsa. Ideoque scriptum est, quod « descen-
dit in eum Spiritus, et mansit super ipsum⁷. »
Dicitur ergo Christus Dei Verbum, quod propter
nos et nostri similis homo est factum, et in servi
forma: et ungitur quidem humane, secundum car-
nem; ungit autem divine suo Spiritu eos qui in
ipsum credunt.

CAP. II.

Qualiter intelligi debeat Emmanuel.

Emmanuel nominatur Deus Verbum, quod Abra-
hæ semen apprehendit, et similiter ac nos partici-
pavit carni et sanguini⁸. Interpretatur autem Em-
manuel, *nobiscum Deus*. Constatemur autem nobis-
cum fuisse Dei Verbum, non localiter: in quo enim
loco non est Deus, qui implet omnia? Nec quod
adesse nobis conspicitur auxilii ratione; dictum est
enim hoc modo ad Jesum filium Nave: « Et sicut
eram cum Moyse, ita ero et tecum⁹. » Sed quod
factum est in nostris, id est, in humanitate, non
derelicta sua natura: inconvertibile est enim na-
tura Dei Verbum.

Cæterum quam ob causam, cum plane dicatur ad
Jesum filium Nave, quod « sicut eram cum Moyse,
sic ero tecum, » non est tamen nominatus Emma-
nuel? Ipsa autem ratio est: etsi enim cum aliquo
sanctorum fuisse dicatur; non tamen nobiscum fac-
tum esse dicimus Deum Verbum, nisi eo tempore
quo juxta quod dicit Baruch, « in terra visus est,
et inter homines conversatus est, et omnem viam
inveniens disciplinæ, et dans eam Jacob puero suo,
et Israel dilecto a se: ipse est enim Deus noster, et
non comparabitur alius ad eum¹⁰. »

Quantum enim ad Dei ^{Ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς}
naturam pertinet, non- ^{τὸ εἶναι Θεὸς κατὰ φύσιν,}
dum erat nobiscum; mul- ^{οὐκ ἦν μεθ' ἡμῶν ἀσύγ-}

A ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐν παντὶ κακῷ ἔδει δὲ πάλιν
ἐλεῶ Θεοῦ, πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς ἀναβαίνουσαν ἀξιοθεῖναι
τοῦ Πνεύματος· ἐνηθρώπησεν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ
Λόγος. Ὄφθη τε τοῖς ἐπὶ γῆς μετὰ γῆινου σώματος,
εἶτα γέγονεν ἀμαρτίας ἐλευθερός, ἵνα ἐν αὐτῷ τε καὶ
μόνῳ τοῖς τῆς ἀμαρτησίας αὐχίμασι, ἡ ἀνθρώπου φύ-
σις στεφανουμένη καταπλουτήσῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον·
ἀναμορφωθείη τε οὕτω πρὸς Θεὸν δι' ἁγιασμοῦ. Δια-
βαίνει δὲ οὕτω καὶ εἰς ἡμᾶς ἡ χάρις, ἀρχὴν λαβοῦσα
Χριστὸν τὸν ἐν ἡμῖν πρωτότοκον. Καὶ διὰ τοῦτο δι-
δάσκων ἡμᾶς ὁ μακάριος ψάλλει Δαβὶδ πρὸς τὸν Υἱόν·
« Ἥγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν, διὰ
τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιᾶ-
σεως. »

B Κέχρισται τοίνυν καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως ὁ Υἱὸς
τοῖς τῆς ἀναμαρτησίας ἐπαίνοις, ὡς ἔφημεν· ἐκλε-
λαμπρυσμένης ἐν αὐτῷ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως,
ἀξίας τε ἤδη γενομένης τοῦ χρῆναι μετασχεῖν τοῦ
ἁγίου Πνεύματος· οὐκ ἀποφοιτῶντος ἐτι καθὰ καὶ
ἐν ἀρχαῖς, ἐμφιλοχωροῦντος δὲ μᾶλλον αὐτῇ. Ταύ-
τητοι καὶ γέγραπται, ὅτι « Κατέβητῃ μὲν ἐπὶ Χριστῷ
τὸ Πνεῦμα, μεμνήχῃ δὲ ἐπ' αὐτόν. » Λέγεται τοίνυν
Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ δι' ἡμᾶς καὶ καθ' ἡμᾶς
ἀνθρώπος, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· καὶ χριό-
μενος μὲν ἀνθρωπίνως κατὰ τὴν σάρκα, χρίων δὲ θεϊ-
κῶς τῷ ἰδίῳ Πνεύματι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας.

C κριτον γὰρ τὸ μεταξὺ ^{tum enim interest inter}
θεότητος καὶ ἀνθρωπώ- ^{deitatem et humanitatem;}
τητος· καὶ πολλή τις ^{et ingens est nimis diffe-}
ἄγαν τῶν φύσεών ἐστιν ἡ ^{rentia naturarum.}
διαφορά.

Ideoque divinus David ad proximitatem mysti-
cam [al. unionem arcitissimam], Deum Verbum,
quod nondum ad nos venerat, vocabat, dicens in
spiritu: « Ob quid, Domine, discessisti longe¹¹? »

(1) Ergo jam non discessit, sed nobiscum fuit,
qui cum mansisset id quod erat, apprehendit Abra-
hæ semen, ut dixi; accepit autem etiam servi for-
mam, et conspectus homo in terra est.

D Christus vero et Emmanuel eundem nobis filium
designant, partim quia unctus est more nostro, hu-
manæ hominis naturæ spiritum accipiens, ut in se
ipso et primo [al. humana natura spiritum acci-
piente in ipso, ut primo]. Positus est enim primor-
dium generis, rursus ipse ungens, ut Deus, Spiritu
sancto eos qui in se credunt: partim, quia fuit no-
biscum secundum quas modo reddidi rationes, et de
eo nos facit certus Isaias propheta dicens: « Ecce
virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabi-
tur nomen ejus Emmanuel¹². » Cum enim sancta
Virgo, ex Spiritu quidem sancto prægnans est facta,
peperit autem secundum carnem filium; tunc etiam
Emmanuel dictus est: fuit enim nobiscum, per
carnalem generationem incorporalis; et id erat,

Gen. vi. 3. ⁶ Psal. XLIV, 8. ⁷ Joan. I, 32. ⁸ Hebr. II, 14. ⁹ Josue I, v. ¹⁰ Baruch III, 38. ¹¹ Psal.
x, 1. ¹² Isa. VII, 14.

(1) Baluz.: *Discessit, sed nobiscum fuit; qui, etc.* EDIT.

quod per vocem David significabatur : « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit ¹³; » et illud opinor : « Ipse qui locutus sum, præsto sum. » Locutus enim per prophetas, ut incorporale adhuc Verbum, advenit etiam corporaliter.

CAP. III.

Quid est Jesus.

Vi quidem intentionum, qua oporteat a nobis unum dici Filium Dei, tantumdem est, et Christus, et Emmanuel, et Jesus; et id quidem quasi ex re nomen est factum : « Ipse enim, inquit, salvabit populum suum a peccatis suis ¹⁴. » Quemadmodum enim Emmanuel significabat, per generationem ex muliere nobiscum factum fuisse Dei Verbum; et Christus, quia factus homo, unctus dicitur juxta nos humane : ita etiam Jesus, quod salvavit nos suum populum, quod maxime eum demonstrat vere et natura omnium Dominum. Neque enim hominis communis creatura esse dicatur; deceat autem magis omnia dicere esse Unigeniti, etsi factus sit homo.

Dicet forte aliquis : Atqui Moysis dictus est populus Israel. Ad hoc dicemus, quod Dei quidem populus nominatus sit, et id erat verum. Verum quoniam ad defectionem deductus est; et vitulum fecit per desertum, inhonoratus est a Deo : non enim jam suum nominare populum dignabatur, sed eum jam homini destinavit. At nos non ita : proprii enim sumus filii, eo quod et Deus sit, et per ipsum creata sint omnia. Ita enim ait David : « Quoniam ipse fecit nos, et non ipsi nos; nos autem populus pascuæ ejus, et oves manus ejus ¹⁵. » Denique etiam ipse de nobis dixit : « Oves meæ vocem meam audiunt et sequuntur me ¹⁶. » Et rursus : « Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me congregare, et fiet unus grex, et unus pastor ¹⁷. » Mandabat autem etiam beato Petro : « Simon Joannis, amas me? Pasce agnos meos, pasce oves meas ¹⁸. »

CAP. IV.

Quam ob causam Dei Verbum dictum sit homo.

Homo nominatum est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum : quoniam similiter ac nos sanguini communicavit et carni ¹⁹. Sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam.

Verumtamen et in humanitate Deus mansit, et

A omnium Dominus, utpote qui natura et veritate ex Deo natus est Patre. Et id nobis evidentissime sapientissimus Paulus ostendit : « Primus enim, inquit, homo ex terra de limo; secundus e caelo ²⁰. »

Atqui Virgo sancta peperit templum Verbo unitum; sed e caelo dicitur, et recte quidem Emmanuel : desuper enim et ex substantia Dei et Patris natus est Verbum ipse : descendit vero ad nos, tunc cum factum est homo; tamen sic quoque desuper est. Testatus est autem **781** Joannes de eo dicens : « Qui desursum venit, supra omnes est ²¹. » Et ipse Christus ait ad populum Judæorum : « Vos dorsum estis, ego desuper sum ²². » Et rursus : « Ego non sum ex hoc mundo ²³, » licet pars mundi sicut homo nuncupatus sit; sed erat cum hoc quoque supra mundum ut Deus. Meminimus enim plane dicentis : « Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo Filius hominis ²⁴. » Descendisse autem dicimus de caelo Filium hominis, per unitatem dispensatoriam, Verbo tribuente propriæ carni gloriæ suæ et divinæ majestatis claritudinem.

CAP. V.

Quam ob causam esinanitum dicitur Dei Verbum.

Plenum secundum naturam, et ex omni parte perfectum Deum Verbum, et distribuens ex sua plenitudine bona sua creaturæ, eo quod ait : « Effundam de Spiritu meo super omnem carnem ²⁵. » Exinanitum dicimus; nihil in natura propria violatum, nec, ut aliter se haberet, commutatum, nec inferius ex ulla parte factum : inconvertibile enim et immutabile est ipsum quoque, sicut et generator ipsius, et nunquam fuit passionis ullius capax. Quando vero factum fuit caro, id est homo, humanitatis paupertatem propriam sibi fecit. Primum, quod semel homo sit factus, etsi remanserit Deus : deinde quod servi formam acceperit, qui secundum suam naturam liber est, utpote Filius. Atque ita cum sit ipse gloriæ Dominus, gloriam dicitur accipere; cum sit ipse vita, vivificari perhibetur, et in omnes accipit potestatem, cum sit ipse rex omnium; cumque Deo sit æqualis Patri, obediens fuit crucem passus, et cætera. Verum cum hæc quidem humanitatis mensuræ convenient, ea tamen familiaria ducit esse cum carne, et implet dispensationem, manens quod erat.

CAP. VI.

Quomodo unus est Christus.

Divinus Paulus scribit : « Etsi sunt dii multi et domini multi in caelo, et in terra; sed nobis unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos ex eo; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per eum ²⁶. » At vero sapientissimus Joannes de Deo Verbo dixit, quod « omnia per ipsum facta sunt, et

¹³ Psal. XLIX, 3. ¹⁴ Matth. I, 21. ¹⁵ Psal. XCIV, 5. ¹⁶ Joan. X, 27. ¹⁷ Ibid. 16. ¹⁸ Joan. XXI, 17. ¹⁹ Hebr. II, 14. ²⁰ I Cor. XV, 45. ²¹ Joan. III, 31. ²² Joan. VIII, 23. ²³ Joan. XIV, 16. ²⁴ Joan. III, 13. ²⁵ Isa. XLIV, 3. ²⁶ I Cor. VIII, 5, 6.

absque eo factum est nihil ¹⁷. » Evangelizabat autem beatus Gabriel sanctæ Virgini dicens : « Ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum ¹⁸. » Cum igitur per Christum Jesum omnia divinus Paulus facta esse commemoret; confirmet autem vim sententiæ, et episcopum omnium fuisse Deum evangelizet, rem veram dicens evangelista divinus; designet autem etiam angeli vox, vere ex sancta Virgine natum esse Jesum Christum, nec absque humanitate intelligimus Deum Verbum; sed unum dicimus ex ambobus effectum, et Deum hominem factum, eundem ex Patre, ut Verbum, natum divine, et ex muliere humano, ut hominem : non tanquam ut secundum substantiæ initium vocatum tunc cum secundum carnem dicitur natus; sed natum quidem ante omnia sæcula, instante tamen tempore, quo debuerat implere dispensationem, natum etiam ex muliere secundum carnem. [Ergo, etsi alii simili appellatione vocati sunt christi, unus tamen est per quem omnia, Jesus Christus; non quod homo sit factus epifex omnium,] sed quod Deus Verbum : « Per quem omnia facta sunt, similiter ac nos participavit carni et sanguini ¹⁹, » et nuncupatus sit homo, non tamen perdidit esse, quod erat : Ita enim et in carne factus intelligitur merito epifex omnium.

782 CAP. VIII.

Quam esse dicimus adunationem.

(1) Adunatio multis modis impletur : sejuncti enim nonnulli affectu vel voluntate, et discordantes inter se, adunari dicuntur, per reconciliationem sociale, deposita simultate. Adunari item dicimus ea quæ sibi congruunt, sive modis aliis conferuntur, aut per compositionem, aut per misionem, aut per temperationem. Quoties autem adunatum esse nostræ naturæ Dei Verbum dicimus, omni humana cogitatione adunationis ejus modus videtur esse superior. Neque enim per supra scriptos modos facta est arcana illa, et nulli penitus nota, nisi ei cui omnia nota sunt, unio.

Et nihil mirum, si in hujusmodi cogitatione vincamur, cum res nostras, quomodo se habeant, inquirentes, ultra modum nostræ mentis inventionem esse conflteamur; quoniamque modo animam hominis sue corpori adunatam esse pntemus? Quis est qui id possit exprimere? Sed si oportet eos, qui parva ea vix intelligere soleant; imo et eos qui valeant intelligere, tam subtiles res et omnem rationem transcendentis conjectare : dicimus quod deceat cogitare (quamvis minor sit oratio ad veri-

CAP. VII.

Quomodo unus est Emmanuel.

Novissimis sæculis Deus Verbum homo dicitur factus, et, sicut ait divinus Paulus, « per sacrificium suum manifestatus est ²⁰. » Et quomodo est sacrificium? « Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem suavitatis Deo et Patri, et intravit in sancta semel, non per sanguinem hircorum, aut tauroorum, sed per suum sanguinem. Sic enim creditibus in se remissionem in æterni comparavit ²¹. » Ergo plurimi quidem ante ipsam sancti fuere; sed nemo eorum Emmanuel nominatus est. Quam ob causam? Nondum enim venerat tempus quo deberet esse nobiscum, id est, in nostram venire naturam per carnem, is qui est omni superior creatura. Unus igitur Emmanuel, semel enim factus est homo Unigenitus, tunc cum per sanctam Virginem generationem carnalem perpressus est. Dictum est enim et ad Jesum filium Nave : « Quod ero tecum ²². » At non erat ille Emmanuel. Fuit etiam cum Moÿse; sed nec ille Emmanuel nominatus est. Igitur quoties audimus nomen Filio datum esse, « nobiscum Deus, » sapienter intelligamus, non ita ipsum fuisse nobiscum novissimis temporibus, sicut dicitur aliquando fuisse cum sanctis : illis enim erat tantum adjutor; nobiscum autem fuit, id est, factus est similis nostri, cum suam non amisisset naturam : est enim Inconvertibilis, ut Deus.

ΚΕΦΑΛΑ. Η'.

Τίνα, ἡγοί, λέγομεν εἶναι τὴν ἐνώσω.

Τὸ τῆς ἐνώσεως χρῆμα κατὰ πολλοὺς ἐπιτελεῖται τρόπους· διηρημένοι γὰρ τινες κατὰ διάθεσιν καὶ γνώμην, καὶ διχονοοῦντες πρὸς ἀλλήλους, ἐνοῦσθαι λέγονται κατὰ σύμβασιν φιλικὴν, ἐκ μέσου ποιούσης τὰς διαφοράς· ἐνοῦσθαι δὲ φαμεν καὶ τὰ ἀλλήλους κολλώμενα, ἧγουν συνηνεγμένα καθ' ἑτέρους τρόπους, ἢ κατὰ παράθεσιν, ἢ μίξιν, ἢ κράσιν· ὅταν οὖν ἐνοῦσθαι λέγομεν τῇ καθ' ἡμᾶς φύσει τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, κρείττων ὁρᾶται τῆς ἀνθρώπου διανοίας ὁ τῆς ἐνώσεως τρόπος· οὐ γὰρ τοι καθ' ἓνα τῶν εἰρημένων ἐστίν· ἀπόρρητος δὲ παντελῶς, καὶ οὐδεὶν τάχα τῶν ἔντων διεγνωσμένος, πλὴν ὅτι μόνῃ τῷ πάντα εἶδότε Θεῷ.

Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τῶν τοιούτων ἐνοιῶν ἡτιώμεθα· ὅτε τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὅπως ἂν ἔχοι διερευνώμενοι, τῆς ἐνοῦσης ἡμῖν διανοίας ἐπέκεινα τὴν κατάληψιν ὁμολογοῦμεν ὑπάρχειν. Τίνα γὰρ τρόπον ἠνώσθαι νοοῦμεν τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν τῷ ἰδίῳ σώματι; Τίς ὁ φράσαι δυνάμενος; Εἰ δὲ χρῆ, μικρὰ καὶ μόλις ἐνοεῖν εὐθεότας, καὶ λαλεῖν ἰσχύοντας, τῶν αὐτῶς ἰσχυῶν, καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον πραγμάτων κατατεκμηρασθαι, φαμεν, ὅτι πρόποι ἂν ἐνοεῖν· μείων δὲ πάντως τῆς ἀληθείας ὁ λόγος· τοι-

¹⁷ Joan. 1, 3. ¹⁸ Luc. 1, 31. ¹⁹ Hebr. 11, 14.

²⁰ Hebr. 1x, 12. ²¹ Ibid. ²² Josue 1, v.

(1) Antbertus versionem Mercatoris emendare voluit jex Græco.

αὐτὴν εἶναι τὴν ἔνωσιν τοῦ Ἑμμανουήλ, ὅποιανπερ ἂν λογισαίτο τις καὶ τὴν [ισ. τῆς τοῦ ἀνθρ. ψυχῆς] τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν πρὸς τὸ ἴδιον σῶμα. Οἰκειοῦται γὰρ ἢ ψυχὴ τὰ τοῦ σώματος, καίτοι κατὰ φύσιν ἴδιαν ἀμέτοχος οὖσα τῶν αὐτοῦ παθῶν φυσικῶν τε θύμα, καὶ τῶν ἐξωθεν ἐπαγομένων. Κινεῖται μὲν γὰρ εἰς ὀρέξεις τὸ σῶμα φυσικὰς, καὶ συναϊσθάνεται διὰ τὴν ἔνωσιν ἢ ἐνοῦσα ψυχὴ· συμμετέσχει δὲ κατ' οὐδένα τρόπον· οὐδαί γε μὴν ἴδιαν ἀπόλαυσιν εἶναι τὸ τῆς ὀρέξεως ἀποτελεσμα· κἂν εἰ καταζαίνοιτο τυχὸν τὸ σῶμα, καὶ εἰδήρω καταζαίνοιτο συναλγεῖ μὲν, ὡς ἰδίου πάσχοντος σώματος· αὐτὴ γε μὴν εἰς ἴδιαν φύσιν οὐκ ἂν τι πάθοι τῶν ἐσπηνεγμένων.

Πλὴν καὶ ὅπερ τοῦτο φαμεν ἐπὶ τοῦ Ἑμμανουήλ τὴν ἔνωσιν. Ἐν μὲν γὰρ ἀναγκαίον, τῷ ἴδιῳ σώματι συναλγεῖν τὴν ἀνωθεΐσαν ψυχὴν· ἵνα φεύγουσα τὰς αἰκίας, εὐθύνον ὑποφέροι τῷ Θεῷ τὸν ἀχθένα. Ἐπὶ δὲ γε τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ συναϊσθάνεσθαι τῶν αἰκιῶν ἔστοπον εἶπεῖν· ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον, καὶ οὐκ ἔν γε τοῖς καθ' ἡμέας· ἀλλ' ἦνωτο μὲν σαρκί, ψυχὴν ἔχούση τὴν λογικὴν· πασχούσης δὲ αὐτῆς, ἀπαθῶς ἦν ἐν εἰδήσει τῶν εἰς αὐτὴν γινομένων· καὶ ἠφάνιζε μὲν ὡς Θεὸς τὰς τῆς σαρκὸς ἀσθενείας, ψικειοῦτο γε μὴν αὐτὰς ὡς ἰδίου σώματος· οὕτω καὶ πεινησαί λέγεται καὶ χαμῖν, καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν.

Οὐκοῦν παρεκλάζοιτο ἂν ἢ ἔνωσις τοῦ Λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῖς καθ' ἡμέας. Ὁσπερ γὰρ ἑτεροφυῆς μὲν τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχὴν, εἰς γε μὴν ἐξ ἀμφοῖν ἀνθρώπος ἀποτελεῖται καὶ λέγεται· οὕτω καὶ ἐκ τελείας ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ μὴν καὶ ἐξ ἀνθρωπότητος τελείως ἔχουσας κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, εἰς ὃ Χριστὸς, ὁ αὐτὸς ὑπάρχων ἐν ταυτῷ Θεὸς τε ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπος. Καὶ οἰκειοῦται μὲν ὁ Λόγος, ὡς ἔφη, τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὅτι καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ οὐχ ἑτέρου· κοινοποιεῖται δὲ ὡσπερ τῇ ἴδιᾳ σαρκὶ τῆς ἐνοῦσης αὐτῷ θεοπεποῦς δυνάμει τὴν ἐνέργειαν· ὥστε δύνασθαι καὶ ζωοποιεῖν τοὺς νεκροὺς, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἐν ἀρρώσταις.

ΚΕΦΑΛ. Θ.

Περὶ τοῦ ἀνθρώπου.

Ἐἰ δὲ χρὴ, καὶ ταῖς ἐκ τῆς θεοσκυύτου Γραφῆς παραδείγμασι κεχηρήμενους, καθάπερ ἐν τύποις τοῦ τῆς ἐνώσεως καταδείξαι τρόπον, φέρε λέγωμεν. Ὁ μακάριος Ἡσαίας, Ἀπεστάλη, ε φησὶ, πρὸς με ἐν τῶν Σεραφίμ· καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβῆτι ἐλαβὼν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἤλυε πρὸς με, καὶ ἤψατο τῶν χειλέων μου, καὶ εἶπα· Ἰδοὺ ἤψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἀμαρτίας σου περικαθαριεῖ. Φαμὲν δὲ τὸν

¹⁰ Isa. vi, 6, 7.

(1) Hoc fragmentum iisdem ferme verbis refert Facundus lib. xi, cap. 7.

(2) Facundus, *passionum corporis et naturalium et quæ extrinsecus accidunt*; quod melius est.

A latem) talem esse adunationem ipsius Emmanuel, qualem quis intelligat animam hominiam ad suum corpus habere. [(1) Anima enim quoniam quæ sunt corporis, esse reputat sua, licet per naturam propriam expers sit (2) passionibus corporis, et naturalibus, et quæ extrinsecus accedunt: movetur enim corpus in concupiscentiis naturales, et consentit anima, et nullo licet modo participans, concupiscentiæ tamen exitum delectationem propriam ducit. Et si forte ferro corpus percutiatur, aut torquetur, condoleat illa quidem, quod suum corpus patiatur: ipsa vero in sua natura nullum patitur omnino tormentum.

Tamen super hoc quoque dicimus esse adunationem, quæ est in Emmanuele facta: erat enim necesse cum suo corpore adunatam ei animam dolere, (3) ut dum timebat passiones, subditam eorvicem Deo submitteret]. De Deo autem Verbo condolere passionibus nefas est dicere: **783** impassibilis enim Deus est, et nostrarum rerum longe dissimilis; sed adunata quidem erat carni habentem animam rationabilem, qua patiente ipse impassibilis, ea quæ animæ contingere, cognoscebat, et contundebat quidem, ut Deus, carnis infirmitates; suæ tamen eas, tanquam sui corporis, esse ducebatur. Itaque esuriisse dicitur, fatigatus esse, passus fuisse pro nobis.

Ergo Verbi adunatio, quæ est cum humanitate facta, non irrationabiliter rebus nostris comparetur. Nam sicut corpus alterius est naturæ præter animam, et unis tamen ex utroque homo efficitur et vocatur; ita etiam ex perfecta Dei Verbi subsistentia et ex humanitate perfecta unus est Christus, idem in eodem Deus simul et homo; et sua quidem ducit Deus Verbum, ut ante dixi, ea quæ sunt carnis propria, quia ipsius est corpus, non alterius. Communes autem facit tanquam cum sua carne divinæ suæ majestatis operationes, ut posset etiam vivificare mortuos, et sanare infirmos.

CAP. IX.

De carbone.

(4) At si convenis exemplis etiam dicitur Scripturæ, quæ per figuram, adunationem demonstrare, age, dicamus, ut possumus. Beatus Isaias: « Missus est, inquit, ad me unus ex Seraphim, et in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, et venit ad me, et tetigit labia mea, et dixit ad me: Ecce tetigit hoc labia tua, et auferet iniquitates tuas, et peccata tua purgabit. » Carbonem autem dicitur figuram et imaginem no-

(3) Facundus, *ut timendo*.

(4) Hic iterum interpolavit Antbertus Mercatoris versionem, ut et in sequentibus, quorum textum Græcum habuit.

bis exhibere Verbi hominis facti : quod, si labia nostrâ tetigerit, id est, si fidem in ipsum confessi fuerimus, tunc nos ab omni peccato puro efficit, et pristinis criminibus liberat.

Cæterum, tanquam in imagine, licet in carne conspicere adunatum quidem humanitati Dei Verbum, non tamen projecisse quod fuerat, transformasse autem magis assumptam naturam in suam gloriam et operationem. Quemadmodum enim ignis ligno affixus, et id penetrans, comprehendit quidem ipsum, et quamvis lignum esse non desinat, vim tamen suam **784** speciemque transmutat, et omnem se confert in lignum, et cum ipso jam quasi unum aliquod æstimatur : idem intellige de Christo. Adunatus enim inæstimabiliter humanitati Deus servavit quidem ipsam in eo quod fuerat, et ipse permansit quod erat; semel tamen adunatus, quasi unus jam cum ipsa putatur, ea quæ sunt illius sua faciens; conferens autem ei etiam ipse naturæ suæ operationem.

CAP. X.

Quoâ incorporalis divinitatis corpus facta fuerit ipsa caro, habens animam rationabilem : et quod, si ea a sese dividere voluerimus, procul dubio labefactabimus dispensationem quæ in Christo intelligitur.

In Canticò canticorum ipse nobis introductus est dicens Dominus noster Jesus Christus : « Ego flos campi, et lilium convallium ²⁸. » Quemadmodum ergo odor res quidem est incorporea, habet autem, quasi proprium corpus, id in quo inest; tamen unum ex utroque intelligitur lilium : corrumpitur autem ipsius ratio unius rei discessu : in subjecto enim corpore odor est : ita etiam in Christo intelligimus divinitatis naturam, quæ suam excellentissimam majestatem, ut odorem suavissimum, mundo dispergit, tanquam in subjecto, esse in corpore humanitatis; et id quod incorporale est per naturam, per adunationem dispensatoriam, pene dicam factum fuisse corporale, propterea quod voluit se cognosci per corpus : in eo enim divina signa operatus est. Igitur id quod incorporale est, tanquam in suo corpore intelligi potest, quemadmodum etiam odor in flore subjecto; lilium tamen jam et odor et flos nominatur.

CAP. XI.

Quod, adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ [id est subsistentiæ] permanse-runt.

[Erectum est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, et in eo multis modis formabatur Emmanuel (1).] Dixit Deus omnipotens ad divinum Moysen : « Et facies mihi arcam testi-

²⁸ Cantic. 11, 1.

(1) Et hunc quoque locum ex ista versione citat. Facundus in eodem loco.

Α ἀνθρακα τύπον ἡμῖν καὶ εἰκόνα πληροῦν τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου · ὅς, εἴπερ ἀψαίτο τῶν χειλέων ἡμῶν, τοῦτ' ἔστιν, ὅταν τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογήσωμεν πίστιν, τότε καὶ ἀπάσης ἀμαρτίας ἀποφαίνει καθαρούς, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων ἐλευθεροῖ.

Πλὴν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἐν εἰκόνι τὸν ἀνθρακα [τῷ ἀνθρακι], ἐνωθέντα μὲν τῇ ἀνθρωπότητι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, οὐ μὴν ἀποθεβληκότα τὸ εἶναι ὃ ἐστὶ, μεταστοιχειώσαντι [μεταστοιχειώσαντα] δὲ μᾶλλον τὸ ληφθὲν, ἤγουν ἐνωθὲν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τε καὶ ἐνέργειαν. Ὅνπερ γὰρ τρόπον τὸ πῦρ ὀμιλήσαν ζύλω, καὶ εἰσθεδυκὸς αὐτὸ, καταδράττεται μὲν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐξίστησι μὲν τοῦ εἶναι ζύλον, μεθίστησι δὲ μᾶλλον εἰς τὴν τοῦ πυρὸς ὕψιν τε καὶ δύναμιν, καὶ πᾶν αὐτῷ τὸ ἴδιον ἐνεργάζεται, καὶ ὡς ἐν ἤδη λελόγισται μετ' αὐτοῦ · οὕτω νοήσης καὶ ἐπὶ Χριστοῦ. Ἐνωθεὶς γὰρ ἀπορρήτως ἀνθρωπότητι Θεοῦ, τετήρηκε μὲν αὐτὴν τοῦ ὅπερ εἶναι φαμεν · μεμένηκε δὲ καὶ αὐτὸς ὅπερ ἦν · ἐνωθεὶς δὲ ἀπαξ, ὡς εἰς λελόγισται μετ' αὐτῆς, οἰκειούμενος μὲν τὰ αὐτῆς, ἐμποιήσας δὲ καὶ αὐτῆς αὐτῆ τῆς ἰδίας φύσεως τῆς ἐνέργειαν.

ΚΕΦΑΛ. I'.

Ἐπι τῆς ἀσωμάτων θεότητος σώμα γέγονεν ἡ σὰρξ, ψυχὴν ἔχουσα λογικὴν · καὶ διὸ διστάντες ἀπ' ἀλλήλων αὐτὰ, πάντη τε καὶ πάντως παραλύσωμεν τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης οικονομίας τὸν λόγον.

Ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ἁσμάτων αὐτὸς ἡμῖν εἰσεκόμεσται λέγων ὁ Κύριος · « Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. » Ὅπερ οὖν ἡ ὁσμὴ ἀσωμάτων μὲν τοι [Ισ. τι] χρῆμά ἐστι · κέχρηται δὲ ὡςπερ ἰδίῳ σώματι τῷ ἐν ᾧ ἐστὶ · πλην ἐν ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται τὸ κρίνον, καταφθεῖρει δὲ πάντως τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον ἢ ἐνὸς ἀπόστασις · ἐν ὑποκειμένῳ γὰρ ἡ ὁσμὴ, καὶ ἐστὶ σῶμα τὸ ὑποκειμενόν · οὕτω νοήσωμεν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ, θεότητος φύσιν τὴν ἰδίαν τε καὶ ὑπερκόσμιον ὑπεροχὴν εὐωδιάζειν τῷ κόσμῳ καθάπερ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ἀνθρωπότητι, καὶ τὸ ἀσώματον κατὰ φύσιν, καθ' ἑνωσιν οικονομικὴν μονονουχὶ γενέσθαι καὶ ἐνσώματον, διὰ τοι τὸ θέλει ἐπιγινώσκεσθαι διὰ σώματος. Ἐνήργηκε γὰρ ἐν αὐτῷ τὰ θεοπερεπῆ. Οὐκ οὖν νοοῖτ' ἂν εἰκότως ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι τὸ ἀσώματον, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν ὑποκειμένῳ τῷ ἄνθει τῆς εὐοσμίας τὸ χρῆμα · λέγεται δὲ κρίνον τὸ συναμφοτέρον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ἐπι καὶ πρὸς ἔνωσιν ἀληθινὴν συνενσυχθέντος τοῦ Λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἀσύγχυτα μεμετήκασι τὰ ἡνωμένα.

Ἐγήγερται κατὰ βούλησιν Θεοῦ κατὰ τὴν Ἐρημὸν ἢ ἀγία σκηνή, καὶ ἦν ἐν αὐτῇ πολυτρόπως μορφούμενος ὁ Ἐμμανουήλ · ἔφη τοίνυν ὁ τῶν ὄλων Θεὸς τῷ θεοπεσίῳ Μωσῆ· « Καὶ ποιήσεις κιβωτὸν μαρτυρίου

ἐκ ξύλων ἀσήπτων, δύο πήχεων καὶ ἡμίους τὸ μήκος· καὶ πήχεος καὶ ἡμίους τὸ πλάτος· καὶ πήχεος καὶ ἡμίους τὸ ὕψος· καὶ καταχρυσώσεις αὐτὴν χρυσῶν καθαρῶν, ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν χρυσώσεις αὐτήν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀσήπτων ξύλον εἴη ἂν εἰς τύπον τοῦ ἀφθάρτου σώματος· ἀσήπτος γὰρ ἡ κέδρος· τὸ δὲ χρυσίον, ὡς ἕλη τῶν ἄλλων ὑπερηρμένη, τῆς βίας ἡμῖν οὐσίας κατασημήνειεν ἂν τὴν ὑπεροχὴν.

Ἄθρει δὲ, ὅπως ἡ κιβωτὸς ὅλη κεκρύπτωτο χρυσίῳ καθαρῶν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. Ἦνωτο μὲν γὰρ τῇ ἀγίᾳ σαρκὶ Θεοῦ ὧν ὁ λόγος· καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἔξωθεν κεκρυώσθαι τὴν κιβωτόν. Ὅτι δὲ καὶ τὴν ἐνοῦσαν τῷ σώματι ψυχὴν λογικὴν ἰδίαν ἐποίησατο, καταδείξειεν ἂν τὸ καὶ ἔσωθεν αὐτὴν καταχρυσώσθαι δεῖν ἐπιτάξαι. Ὅτι καὶ ἀσύγγυτοι μακροχρόνιοι αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις, ἐνεῦθεν εἰσέρθεα. Τὸ γὰρ τῷ χρυσίῳ ἐπαληθευμένον τῷ ξύλῳ, μεμνήσκου ἔπερ ἦν· καὶ κατεπλούτει μὲν τὸ ξύλον τοῦ χρυσοῦ τὴν δόξαν· πληρὸν οὐκ ἀπέσθη τοῦ εἶναι ξύλον. Ὅτι δὲ ἡ κιβωτὸς εἰς τύπον παραλαμβάνεται τοῦ Χριστοῦ, διὰ πολλῶν ἂν τις πιστώσεται λόγων· προσβάδιζε γὰρ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ζητοῦσα αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Ἐφη δὲ πού καὶ ὁ Χριστός· « Πορεύσομαι, καὶ ἐτοιμάσω τόπον ὑμῖν. »

CAP. XII.

Quod cum esset Deus Verbum, factus sit homo, nec homo simpliciter, nuda conjunctione honoratus, vocatus sit ad patrem dignitatem Dei Verbi, sive auctoritatem, sicut quibusdam videtur.

Divinus Paulus²¹ magnam quidem ait esse mysterium pietatis. Et vere ita se res habet: manifestatus est enim in carne, cum sit Deus Verbum; justificatus est autem in Spiritu. Nullo enim modo nostris videtur infirmitatibus contineri, licet juxta nos homo sit factus: non enim fecit peccatum: apparuit autem et angelis. Neque enim generationem ipsius secundum carnem ignoraverunt: prædicatus autem et gentibus, quasi Deus homo factus; ita autem creditus est in mundo. Probat autem divinus Paulus ita scribens: « Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: quia eratis illo tempore sine Christo alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo²². » Erant ergo gentes in mundo sine Deo, cum absque Christo essent. Verum quoniam eum vere et natura Deum esse agnoverunt, ipse quoque ab eo agnitæ sunt, fidem constantes, et ipse assumptus est in gloria, certe divina. Psallit enim beatus David: « Ascendit Deus in júbilo²³. » Ascendit enim certe cum corpore, nec in nuda deitate: Deus enim erat incarnatus.

²¹ Exod. xiv, 10. ²² Joan. xiv, 3. ²³ I Tim. III, 16. ²⁴ Ephes. II, 11, 12. ²⁵ Psal. XLVI, 6. ²⁶ Rom. I, 25.

(1) Hunc quoque locum ex eadem versione citat Facundus ibidem. Citat etiam Icontius Byzantius in fine libri primi adversus Eutychianos.

A monii ex lignis imputribilibus, 785 duorum cubitorum et dimidii longitudine; et inaurabis eam auro puro, extra et intra inaurabis eam²⁴. » Sed lignum quidem, cum imputribile sit, est figura corporis incorrupti: imputribilis enim cedrus; aurum vero, quasi materies aliis pretiosior, divinæ nobis indicat substantiæ majestatem.

Attendite igitur quoniam arca tota inaurata sit auro puro extra et intra. Adunatus quidem fuerat sanctæ carni Deus Verbum, et id est, ut opinor, arcam fuisse extra inauratam. Quod vero et animam rationabilem, quæ corpori inerat, propriam fecerit, ex hoc apparet, quod et intra arcam præcepit inaurari. [Quod autem naturæ sive substantiæ inconfusæ manserint, hinc scimus: aurum enim superpositum ligno mansit id quod erat, et ornabatur quidem lignum auri decore; tamen lignum esse non desit. Quod vero arca in Christi accipiat imaginem, pluribus potest probationibus declarari (1).] Præambulabat enim his qui sunt ex Israel, quærens ipsis requiem. Ait alicubi et Christus: « Ibo, et parabo vobis locum²⁵. »

Credimus igitur, non in unum nostri similem deitate per gratiam honoratum, ne cultores esse hominis detegamur; sed in Dominum magis, qui in servili forma comparuit, et qui fuit vere nostri similis, et in humanitate tamen Deus mansit: Deus enim Verbum, carne assumpta, non deposuit quod erat; intelligitur tamen idem Deus simul et homo.

Et fidei quidem ratio ita se habet, et recte quidem. Sed si forte aliquis dicat, Quid mali est, si intelligatur homo similis nostri apprehendere deitatem, ac non magis Deus homo fieri? respondebimus mille esse quæ contrario possunt opponi, et pene etiam nutu significantia, nos oportere reniti constanter, nec credere ita esse.

Age enim, ante alia dispensationis, quæ cum carne facta est, modum cernamus, et nostrarum rerum naturam subtilius perscrutemur: periclitata est hominis natura, et depressa est malis extremis, maledictione et morte damnata, et peccati laqueis irrita, errabat, et erat 786 in tenebris; Deum nesciebat eum, qui est natura et veritate; pro Deo coluit creaturam²⁶. Quomodo igitur hujusmodi malis poterat liberari? An illud dicemus, quod fas erat humanitati divinam naturam apprehendere, quæ nesciret omnino, qualis esset dignitas naturæ celestis, cum esset ignorantiae tenebris occupata, et peccati sordibus inquinata? Quomodo poterat fieri ut apprehenderet sanctam naturam, et acciperet gloriam, quam nemo inveniat, nisi acceperit? Concedamus enim quod cognoverit fortasse, et scierit

apprehendere Deum [pro deitatem]. Quis est qui A deitatis? Vel quomodo non sit factus altissimus, qui docuerit? Quomodo enim credent, nisi audierint? Cæterum non id est apprehendere deitatem, et convenientem ei gloriam capere.

Ergo decentius sit, et recte quidem, ita sentire, quod servare volens id quod perierat, descendens ad nos Deus Verbum, per quod omnia, et in id se, quod non erat, immisit, ut et hominis natura, id quod non erat, seret; et divinæ majestatis dignitatibus per adunationem patescens, quæ sublevata est magis ultra naturam, quam dejecit infra naturam invariabilem Deum. Conveniens erat, ut incorruptibilis natura apprehenderet corruptibilem, ut eam a corruptione liberaret. Conveniens erat eum, qui peccare non noverat, eum peccatoribus conformari, ut peccata conspiceret. Quemadmodum enim ubi-
 cunque lux fuerit, caligo interit tenebrarum; ita etiam immortalitate præsentis, omnis certe pestis fugitiva discedet; et præsentis eo qui peccatum non novit (qui etiam propriam sibi corpus effecit, quod est sine (1) peccato), cadet omne peccatum.

Quod vero Verbum, cum esset Deus, factum sit homo, et non magis homo τῶσπονθημένος intelligatur Christus, etiam ex sacris Litteris enitar ostendere. Ait igitur beatus Paulus de Unigenito: « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo; sed exinanivit se, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitum inventus ut homo. Nummiviavit esse factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea et Deus ipsum superexaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu Christi omnis genua flectatur cælestium, et terrenorum, et infernorum, et omnis lingua constiteatur quod Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris ».

Quem igitur dicemus, in forma Dei esse, et in æqualitate Patris, et hæc non rapinam arbitratum; sed descendisse magis in exinanitatem, et in formam servi, et se humiliantem, et in similitudinem nostram fuisse factum? Si hominem factum ex muliere nudum et solum: quomodo habebat plenitudinem, ut intelligatur exinanitus? Vel in qua antea positus celestium, semet humiliasset, dicitur? Vel quomodo in similitudinem hominum factus est, qui in erat et antea per naturam, etsi id factus forte non diceretur? Ubi autem exinanitus est, assumens plenitudinem

CAP. XIII.

Quod Christus Jesus vocetur homo factus. Deus Verbum.

Dispensationis incarnationis Vulgeniti mysterium subtilius considerantes, id asserimus, fidem rectam servantes et veram: quod ipsum Patria Dei Verbum, Deus verus ex Deo vero, et lumen de lumine, in-

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ὁτι Χριστός Ἰησοῦς καλεῖται παλαιῶς ἐκθροῦνος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος.

Τῆς μετὰ σαρκὸς αἰκοχησίας τοῦ Μοναρχοῦ πολυπραγαμενῆ ἐθέλοντες τὸ μυστήριον, ἐκλήνῳ φαιμεν, ὄξαν ἔχοντες ἀληθῆ, καὶ πιστὴν ὀρθὴν, ἔπιπερ αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρός Λόγος, ὁ ἀληθινὸς

²² Rom. x, 14. ²³ Philipp. ii, 6-14. ²⁴ Hebr. ii, 16, 17. ²⁵ Ibid. 14, 15. ²⁶ Rom. viii, 3.

(1) Baluz. legit in pro sine, rectius, ut videtur. EDIT.

Θεός, ὁ ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτός, ἐσαρκώθη τε καὶ ἐνηθρώπησε· κατήλθεν, ἔπαθεν, ἐγήγερται δὲ ἐκ νεκρῶν. Ὀρίσατο γὰρ οὕτω τὸ τῆς πίστεως Σύμβολον ἡ ἀγία τε καὶ μεγάλη Σύνοδος (1).

Διερευνώμενοι δὲ καὶ μαθεῖν ἐθέλοντες ὃ τί ποτέ ἐστι κατ' ἀλήθειαν, τὸ σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπήσαι τὸν Λόγον, καταθρήσωμεν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπὸν ἐστι προσλαβεῖν ὡς ἐν συναφείᾳ τῇ κατὰ γε τὴν ἰσότητά τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, ἣ καὶ κατὰ μόνην τῆς υἰότητος ὁμωνυμίαν, μᾶλλον δὲ τὸ γενέσθαι καὶ ἡμᾶς ἀνθρώπον, μετὰ τοῦ ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως ἔχειν ἀνασῶσασθαι τῇ ἰδίᾳ φύσει τὴν ἐν προσλήψει σαρκὸς καὶ αἵματος οἰκονομικῶς γεγρονότα.

Εἷς μὲν οὖν ἐστὶν ἄρα πρὸ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως ὀνομαζόμενος διὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς Μονογενής, καὶ Λόγος, καὶ Θεός, καὶ εἰκὼν, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς, ζωὴ, δόξα, φῶς, σοφία, δύναμις, βραχίων, δεξιὰ, ὕψιστος, μεγαλοπρέπεια, Κύριος σαβαώθ, καὶ ἑτέροις τισὶ τοιοῦτοις ὀνόμασι, τοῖς ἀληθῶς θεοπροπεστατοῖς· μετὰ δὲ γε τὴν ἐνανθρώπησιν, ἀνθρώπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ἰλαστήριον, μεσίτης, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, δεύτερος Ἀδάμ, κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας, ἐπομένον αὐτῷ καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς ὀνομάτων. Πάντα γὰρ αὐτοῦ, τὰ τε πρῶτα, καὶ τὰ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς.

Εἷς ἄρα ἐστὶν ὁ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως Θεός ἀληθινός, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, καὶ ἐστὶ, καὶ ἔσται. Οὐ διοριστόν οὖν ἄρα τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, εἰς ἰδικῶς ἀνθρώπον, καὶ εἰς Θεὸν ἰδικῶς, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστόν φεμεν εἶναι, τὴν τῶν φύσεων εἰδότες διαφορὰν, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις τηροῦντες αὐτάς.

Ὅταν οὖν λέγῃ τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, ὅτι ἐν Χριστῷ «κατώκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς,» οὐ διὰ τοῦτο φεμεν, ὡς ἐν ἑτέρῳ Χριστῷ τῷ ἀνθρώπῳ, καταμόνας κατοικῆσαι τὸν Λόγον· οὔτε μὴν διασπῶντες ἀλλήλων τὰ ἡνωμένα δύο νοοῦμεν υἱούς· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι Χριστὸν ὀνομάζει τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, καὶ ὡς ἐκ μέρους ἔσθ' ἕτε, τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Θεοῦ Λόγου ἰδίαν ἔχων ἐν τάξει πεποιήται ναοῦ. Γέγραπται δὲ που καὶ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν· «Τοὺς δὲ κατοικοῦντας οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμεν.» Ἄρ' οὖν ἐπειδὴ περ οἰκίας πηλίνας τὰ τῶν ἀνθρώπων ὀνομάζει σώματα, διαβεβαίουται δὲ κατοικεῖν ἐν αὐταῖς τὰς ψυχάς, εἰς δύο κατατεμοῦμεν ἀνθρώπους τὸν ἕνα; Καίτοι πῶς οὐκ ἀμώμητον παντεῶς, τὸ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ λέγεσθαι κατοικεῖν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ; Ὅστε καὶ εἰ τὸ τοῦ λόγου σχῆμα διὰ τοιούτων ἔρχεται τρόπων, οὐχ ἑτέρως ἔχειν δυνάμενον, οὐ τὰς τῶν πραγμάτων ἀδικεῖσθαι φύσεις διὰ τοῦτο πρέπει, ἐνοεῖν δὲ μᾶλλον αὐτάς, καὶ κατευθῆ τῆς ἀληθείας διασπεύδειν ἐπειγέσθαι.

⁴¹ Coloss. II, 9. ⁴² Job IV, 19.

(1) Intellige magnam illam et οἰκουμένην synodum Nicænam.
PATROL. GR. LXXV.

A carnatum sit, et homo factum, et descenderit, et passum sit, et surrexerit ex mortuis. Ita enim definiuit fidei Symbolum Synodus magna et sancta.

Perquirentes autem et nos, et discernere cupientes, quid sit tandem, incarnatum esse, et hominem factum Dei Verbum: cernimus, quod non hoc est, hominem assumere tanquam in conjunctione, quæ fiat per æqualitatem dignitatis, sive auctoritatis, vel per solam filietatis ὁμωνυμίαν; magis autem fieri juxta nos hominem (ita tamen ut nulla conversio vel commutatio subsequatur), et sublevare pariter cum sua natura eum qui in assumptione fuit carnis et sanguinis dispensatorie.

Unus igitur est, qui ante incarnationem a divina Scriptura nominatur, et Unigenitus, et Verbum, et Deus, et imago, et lumen, et figura substantiæ Patris, et vita, et gloria, et splendor, et sapientia, et virtus, et brachium, et dextra, et Altissimus, et magnificentia, et Dominus Sabaoth, et aliis talibus nominibus, quæ vere conveniunt deitati. Post incarnationem vero homo, Christus, Jesus, propitiatorium, mediator, primitiæ dormientium, primogenitus a mortuis, secundus Adam, caput corporis Ecclesiæ, cum eum etiam nomina prisca sequantur: omnia enim ipsius propria sunt, et priora, et quæ novissimis facta temporibus.

Unus igitur est, et qui ante incarnationem Deus erat verus, et qui in humanitate mansit id quod erat, et est, et erit. Non discernendus igitur unus Dominus Jesus Christus, in hominem seorsum, et seorsum in Deum; sed unum eundemque Jesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, **788** sed eas inconfusas inter sese servantes.

Quoties igitur Littera sacra commemorat quod in Christo «inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter»⁴¹; «non ideo dicimus tanquam in alio Christo, in homine seorsum inhabitasse Deum Verbum; nec porro dividentes ea quæ unita sunt, duos intelligimus filios; illud autem magis, quod Christum nominat Littera sacra ex parte nonnunquam, et quod humanitatem Dei Verbum, quam propriam habet, in locum posuit templi. Scriptum est autem et de animabus humanis: «Inhabitantes autem domos luteas, de quibus et nos ex eodem luto sumus»⁴². Ergone, quoniam luteas domos humana corpora nominat, et affirmat in his animas habitare, in duos homines unum hominem dividemus? Atqui non irracionale omnino est, ut in homine spiritus suus inhabitare dicatur. Ergo, etsi per hujusmodi modos orationis figura procedat, cum aliter fieri non possit, non tamen ideo rerum corrumpi naturas oporteat, sed magis eas recto veritatis tenore servari.

Quoties igitur quæpiam, quæ dissimilem sunt A inter se sortita naturam, collecta in adunationem per compositionem videntur : deinde alterutrum ex his in alterutro habitare dicitur, non dividendum in duo, adunationis conventionem minime violata, licet .suis nominibus per sese ea quæ adunata sunt nominentur a nobis. Dicitur namque, ut ante dixi, et in homine habitare spiritus suus, nec tamen homo dicitur, et seorsum spiritus suus, seorsum et corpus. Et tale quid nobis divinus Paulus obliqua significatione [id est obscure et quasi ænigmatice] commemorat, dicens : « Nam etsi exterior noster homo corrumpitur ; sed interior renovatur de die in diem ⁴³. » Si quis igitur dixerit interiorem nostrum hominem in exteriori homine inhabitare, verum quidem memoravit, in duo tamen unum dividere non videbitur. Ait autem alicubi etiam propheta Isaias : « De nocte vigilat spiritus meus ad te, Domine ⁴⁴. » Utrumne tanquam alius præter ipsum spiritus ipsius ad Deum dicitur vigilare ? Nonne id ineptissimum videatur ? Ergo scire quidem necesse est orationis figuram, non tamen ab intellectu discedere competentem, sed referre magis sententiarum vim ad sensum qui unicuique rei conveniat.

789 Et si dicatur « proficere Jesus ætate, sapientia et gratia ⁴⁵, » dispensationis hæc res est. Deus etenim Verbum humanitatem more suo proficere permittebat, et quasi paulatim divinitatis suæ gloriam volebat declarare, et cum corporis ætate etiam sua extendere, ne quid novum videretur, idque nonnullos nimia novitate perterreret. Cum præsertim sic quoque dicerent : « Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit ⁴⁶ ? » Ergo corporale augmentum, et profectus gratiæ ac sapientiæ, humanitatis mensuræ convenit ; ipsum vero Deum Verbum per suam naturam perfectissimum constituimus, non egenum profectus, non sapientiæ, non gratiæ. Ipsum enim creaturæ et sapientiam et gratiam, et bona omnia imperit.

Si vero Jesus passus esse dicatur, passio quidem erit dispensationis ; ipsius tamen dicitur, et recte quidem, quia corpus ipsius proprium passum est, et erat in corpore patiente ipse, qui pati non poterat, impassibilis est enim, ut Deus : quantum tamen ad conviciatorum petulantiam pertinuit, passus esset, si pati posset. Ergo quoniam nostri similis factus est Unigenitus, quotiescunque homo nominatur a divina Scriptura, intuentes dispensationem, Deum ipsum natura sic quoque conlitemur.

CAP. XIV.

Exempla divini Scripturæ quod Dei Verbum homo factum manserit Deus. De propitiatorio.

Ait alicubi Deus ad pontificem Moysen : « Et facies propitiatorium impositione auri puri duorum cubitorum et dimidii longitudinem, et cubiti unius et dimidii altitudinem : et facies duos Cherubim au-

Όταν τοίνυν τινά τῶν ἀλλήλοις οὐχ ὁμοίαν λαχόντων τὴν φύσιν ὄρωτο συναλεγμένα πρὸς ἐνότητα κατὰ σύνθεσιν· εἶτα τὸ δέ τι τυχόν ἐν ἐκείνῃ λέγοιτο κατοικεῖν, οὐ διοριστέον εἰς δύο, τῆς εἰς ἐνότητα συνδρομῆς κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικουμένης, κἄν εἰ τῶν ἠνωμένων ἐκάτερον ἰδικῶς ὀνομάζοιτο πρὸς ἡμῶν, τοῦθ' ὅπερ ἂν εἶεν ἀμφοτέρα. Λέγεται γάρ, ὡς ἔφην, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ κατοικεῖν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ· πλὴν ἀνθρώπος λέγεται, καὶ ἰδικῶς τὸ πνεῦμα, καὶ μὴ καὶ τὸ σῶμα. Καίτοι τοιοῦτον ἡμῖν ὑπανίσταται ὁ σοφώτατος Ἡαῦλος λέγων· « Εἰ γὰρ ὁ ἔξω ἡμῶν ἀνθρώπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαίνουται ἡμέρα καὶ ἡμέρα. » Όταν οὖν τις λέγοι τὸν ἔσω ἡμῶν ἀνθρώπον ἐν τῷ ἔξω ἀνθρώπῳ κατοικεῖν, ἀληθεύει μὲν, εἰς δύο γε μὴν τὸν ἕνα τεμὼν οὐχ ὁρᾶται· φησὶ δὲ πού καὶ ὁ προφήτης Ἡσαίας· « Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ, ὁ θεός. » Ἄρ' οὖν ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ πρὸς θεὸν ὀρθρίζειν λέγεται; Καίτοι πῶς οὐκ ἄτοπον τὸ φάναι τοιοῦτόν τι; Οὐκοῦν εἰδέναι μὲν ἀναγκαῖον τὰ τῶν λόγων σχήματα, οὐ μὴν καὶ ἐξιστασθαι τοῦ εἰκότος, περιάγειν δὲ μᾶλλον τῶν σημαινομένων τῆν δύναμιν ἐπὶ τὸν ἐκάστῳ πράγματι πρέποντα σκοπεῖν.

Εἰ δὲ δὴ καὶ λέγοιτο « προκόπτειν ὁ Ἰησοῦς ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι, » τῆς οἰκονομίας ἔσται τὸ χρῆμα. Συνεχώρησε γὰρ ὁ θεοῦ λόγος διὰ τῶν τῆς ἰδίας φύσεως ἐθῶν ἵνα τοὺς ἀνθρώπινον· καὶ οἷον κατὰ βραχύ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἤθελε κατευρύνειν τὸ περιφανές· καὶ τῆ τοῦ σώματος ἡλικίᾳ συμπαρεκτείνειν τὰ ἑαυτοῦ· ὡς ἂν μὴ τι τὸ ξέρον ὄρωτο, καὶ τῷ λαῶν ἀσυνήθει ταραττοὶ τινάς. Ὅτε καὶ οὕτως ἔρασκον· « Πῶς οὕτως οἶδε γράμματα μὴ μαθητῶς; » Οὐκοῦν σωματικῆ μὲν ἡ αὔξη, καὶ τὸ προκόπτειν ἐν χάριτι καὶ σοφίᾳ, πρέποι ἂν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις. Αὐτόν γε μὴν κατ' ἰδέαν φύσιν παντέλειον εἶναι φάμεν τὴν ἐκ θεοῦ λόγον, οὐ προκοπῆς δεόμενον, οὐ σοφίας, οὐ χάριτος· διανεμένον δὲ μᾶλλον τῆ κτίσει σοφίαν καὶ χάριν, καὶ τὰ δι' ἑν ἔχοι καλῶς.

Εἰ δὲ δὴ λέγοιτο παθεῖν ὁ Ἰησοῦς, τὸ μὲν πάθος ἔσται τῆς οἰκονομίας· αὐτοῦ δὲ λέγεται, καὶ σφόδρα εἰκότως· ὅτι καὶ ἴδιον αὐτοῦ τὸ παπονήθός. Καὶ ἦν ἐν τῷ πάσχοντι σώματι, πάσχειν μὲν οὐκ εἰδώς· ἀπαθῆς γάρ ἐστιν ὡς θεός· ὅσον δὲ ἦσαν εἰς γε τὸ τῶν ἐμπαροινησάντων θράσος, παθῶν, κἄν εἰ μὴ παθεῖν ἐδύνατο. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ καθ' ἡμᾶς γέγονεν ὁ Μονογενῆς, ὁσάκις ἂν ἀνθρώπος ὀνομάζεται παρὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ἐννοοῦντες τὴν οἰκονομίαν, θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν αὐτὸν καὶ οὕτως ὁμολογήσωμεν.

⁴³ II Cor. iv, 16.

⁴⁴ Isa. xlii, 9.

⁴⁵ Luc. ii, 52.

⁴⁶ Joan. vii, 15.

nas sursum superobumbrantes pennis suis super A propitiatorium; et vultus eorum adinvicem respicientes propitiatorium erunt⁴⁷. » Enigma certissimum id sit, Deum Verbum etiam in humanitate Deum mansisse, et in sua gloria ac majestate, etsi propter dispensationem factus sit similis nostri: Propitiatorium namque per fidem factus est nobis Emmanuel. Id autem nobis comprobavit sapientissimus Joannes dicens: « Filioli, scribo vobis, ut non peccetis; sed si quis peccaverit, consolatorem habemus apud Patrem, Jesum Christum justum; et ipse est propitiatio pro peccatis nostris^{48,49}. » Nec non etiam Paulus, « Quem proposuit, inquit, Deus propitiatorem per fidem in suo sanguine⁵⁰. »

Cæterum cerne Cherubim circumstantes propitiatorium, et superobumbrantes quidem pennis; conversos autem ad propitiatorium, et pene nutui Dominico oculum intendentes. Ad Dei enim voluntatem tantum respicit sancta cœlestium spirituum multitudo; et nunquam Dei satiatur aspectu. Ita Filium propheta Isaias vidisse se dicit in sede altissima et eminentissima, circumstantibus Seraphim et obsequentibus ei ut Deo⁵¹

790 CAP. XV.

Aliud de virga Moysis.

Destinabatur aliquando divinus Moyses ut Israel ab Ægyptiorum violentia liberaret. Verum quoniam necesse erat eos, qui sub jugo essent servitutis insolitæ, prius docere quod eis Deus jam esset reconciliatus, prodigia eum facere imperabat: plerumque enim miraculum nos adducit in fidem. Ait igitur Moyses ad Deum omnipotentem: « Si autem non crediderint mihi, neque audierint vocem meam, dicentes: Non apparuit tibi Deus; quid dicam illis? Dixit deinde Dominus: Quid hoc est quod est in manu tua? Respondit: Virga. Et ait illi: Projice illam in terram; et facta est serpens, et fugit Moyses ab ea. Et dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam, et apprehende caudam ejus; et extendens manum apprehendit caudam, et facta est virga in manu ejus. Et dixit illi: Ut credant tibi, quia apparuit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob⁵². » Animadvertite in his natura et veritate Filium Dei, tanquam quædam virga sit Patris; virga autem insigne est regni: « Filio enim dedit habere omnium potestatem⁵³. » Unde etiam divinus David: « Thronus tuus, inquit, Deus, in sæculum sæculi, et virga æquitatis, virga regni tui⁵⁴. » Sed eam projecit in terram, id est, corpore terreno circumdedit, sive per humanitatem misit in terram: tunc enim in similitudine factus est malignorum hominum, scilicet malignitatis signum est serpens.

Quod autem verum sit, hinc scimus. Ipse enim Do-

minus noster Jesus Christus, imagine et figura, propter dispensationem factam cum carne, pro serpente accipitur æreo, quem erexit Moyses, ut serpentum morsus arceret⁵⁵. Ait enim: « Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita oportet exaltari Filium hominis, ut omnes qui credunt in ipsum, non pereant, sed habeant vitam æternam⁵⁶. » Quemadmodum enim serpens factus ex ære salutis erat periclitantibus causa (sanabantur enim in eum respicientes): eo modo etiam Dominus Jesus Christus eis qui eum vident quidem in similitudine malignorum, eo quod factus sit homo, non ignorant tamen quod Deus sit vivificus causa erit vitæ, et dat posse animalia venenosa vitare, id est, contrarias potestates.

B Id quoque hujus rei figura sit, quod Moyses virga virgas alias devoraverit, quas in terram magi projecerant⁵⁷. Igitur virga quidem in terram projecta est; non tamen semper remansit. Resumpta autem iterum fuit quod erat: nam licet facta sit, ut ante dixi, in similitudine nostra Patris virga, id est, Filius, per quem habet omnium potestatem; attamen, impleta dispensatione, revolavit in cœlum, et fuit iterum tanquam in manu Patris virga æquitatis ac regni: sedet enim ad dexteram Genitoris sui in propria majestate, sedes altissimas obtinens, etiam cum carne⁵⁸.

CAP. XVI.

Aliud de manu Moysis leprosa et integre sanata.

C « Dixit autem ad eum Deus Dominus iterum: Infer manum tuam in sinum tuum; et protulit manum de sinu suo, et facta est manus ejus sicut nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum; et intulit manum suam in sinum suum, et protulit eam de sinu suo, et iterum restituta est in colorem carnis ejus⁵⁹. » Manum ad dexteram Dei et Patris verum Filium ejus divina Scriptura nominat. Induxit enim ipsum dicentem: « Ego manu mea firmavi cœlum⁶⁰; » nec non etiam David divinus cantat: « Verbo Domini cœli firmati sunt⁶¹. » Cerne igitur, in sinum quidem Moysis adhuc manum ejus occultari, et nondum factam leprosam, prolatam vero statim leprosam factam: deinde mox illatam, et rursus prolatam, et de cætero non leprosam: « Restituta est enim, inquit, in colorem carnis ejus. » Ergo quandiu quidem erat in sinu Patris Deus Verbum, divinitatis nitore fulgebat; verum quando aliquo modo extra fuit per incarnationem sive ἐνανθρώπησιν, factus est « in similitudine carnis peccati, et inter iniquos reputatus est⁶². » Ait enim divinus Paulus, « eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fuisse, ut nos fieremus justitia in ipso⁶³. » Hoc existimo lepram significare, immundus enim secundum legem leprosus⁶⁴. Sed

⁴⁷ Exod. xxv, 47. ^{48,49} I Joan. ii, 1, 2. ⁵⁰ Rom. iii, 25. ⁵¹ Isa. vi, 1. ⁵² Exod. iv, 1-5. ⁵³ Joan. xvii, 2. ⁵⁴ Psal. xlv, 7. ⁵⁵ Num. xxi, 8. ⁵⁶ Joan. iii, 14. ⁵⁷ Exod. iv, 2. ⁵⁸ Psal. xlv, 7. ⁵⁹ Exod. iv, 6. ⁶⁰ Isa. xlviii, 13. ⁶¹ Psal. xxxii, 6. ⁶² Rom. viii, 3; Isa. lxi, 12. ⁶³ I Cor. v, 21. ⁶⁴ Levit. xiii, 2.

quoniam iterum in sinu fuit Patris (assumptus est in resurrectionem a mortuis), prolata iterum manus videbatur munda: adveniet enim post tempora Dominus noster Jesus Christus, in sinceritate divinitatis et gloria, quamvis similitudinem nostram non projecit. Ait enim et beatus Paulus de Christo: « Quia semel mortuus est ad multorum exhaurienda peccata. Secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem ⁶⁵. » Ergo quoties nobis sacra Littera nominat Christum Jesum, **791** ne hominem seorsum putaveris, non vere adunato ipsi Deo Verbo; sed existimaveris magis ipsum esse ex Deo et Patre Verbum Jesum Christum, cum factus sit homo.

CAP. XVII.

Quod Christus non erat homo θεοφόρος, nec simpliciter in homine inhabitavit Deus Verbum; sed quod magis caro sit factum, sive homo perfectus, secundum Scripturas.

Qui fidem habent in Christo immaculatam et rectis omnibus suffragiis comprobata, dicant videlicet quod ipse ex Deo Patre Deus Verbum in exinamitatem descenderit, formam servi accipiens, propriumque sibi faciens corpus, quod est natum ex Virgine; quod factus sit nostri similis, et nuncupatus Filius hominis. Est autem Deus quidem secundum spiritum; homo autem idem secundum carnem. Deinde divinus Paulus Indæorum populum alloquebatur dicens: « Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissimis diebus istis locutus est nobis in Filio ⁶⁶. » Et quonam modo intelligatur locutus fuisse Deus et Pater novissimis diebus in Filio? Locutus est enim antiquioribus per ipsum dans legem, et idcirco ipse Filius suos dicit esse sermones, per sapientissimum Moysen prolatus. Ait enim: « Nolite putare quia veni solvere legem, aut prophetas. Non veni solvere, sed implere. Dico enim vobis, iota unum, aut unus apex non transibit a lege, donec omnia fiant. Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt ⁶⁷. » Adde etiam prophetæ vocem: « Ipse qui loquebar, præsto sum ⁶⁸. » Ergo cum factus est Filius in carne, tunc locutus est nobis Pater in ipso, sicut ait beatus Paulus, novissimis diebus ⁶⁹. Sed ne parum credamus, quod ipse sit ille qui etiam ante sæcula Filius, intulit statim: « Per quem fecit et sæcula ⁷⁰, » splendorem etiam gloriæ et figuram substantiæ Patris esse commemorans ⁷¹.

Homo igitur factus est vere is per quem fecit et sæcula Deus Pater; et non, ut nonnulli existimant, in homine fuit, ut homo intelligatur a nobis tanquam Deum habens inhabitantem. Nam si hæc recte se habere vere confidunt, supervacaneus esse videbitur beatus evangelista Joannes dicens: « Et Verbum caro factum est ⁷². » Ubi enim necessitas ἐνα-

Α θεοφωτός? Aut quare incarnatum dicit Deum Verbum, si non factus est caro? Vis ἐνανθρωπήσας; et similem nostri eum factum esse significat, et mansisse tamen sic quoque ipsum supra nos, imo supra universam ipsam creaturam.

Oportere autem existimo, ea quæ dixi, exemplis etiam comprobare et persuadere, quod Unigenitus factus sit homo, et sit Deus, etiam cum carne, ac non tantum inhabitavit in homine, θεοφόρον ipsum efficiens, tanquam alios, qui divinitatis ipsius sacre participes.

CAP. XVIII.

Quod Emmanuel Deum habuerit alites inhabitantem, quam nos.

B Ait alicubi Deus de nobis: « Inhabitabo in ipsis, et inambulabo, et ero ipsis Deus, et ipsi erunt mihi populus ⁷³. » Nec non etiam ipse Dominus noster Jesus Christus: « Ecce ego venio; et si quis mihi aperuerit, intrabo ego, et apud eum cenabo, et Pater, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus ⁷⁴. » Nominati sumus etiam templum Dei: « Vos enim, inquit, templa estis Dei vivi ⁷⁵. » Et rursus: « Nescitis corpora vestra templum esse Spiritus sancti, qui est in vobis, quem habetis a Deo ⁷⁶? » Verum si ita aiunt, ipsum quoque se habere Emmanuel, et, tanquam unumquemque nostrum, inhabitantem in sese Deum habuisse, aperte contemnantur; cum ipsum adorari conspiciunt, tam a nobis, quam ab angelis, in celo pariter et in terra, erubescant tanquam diversa alienaque sentientes, et Litterarum sacrarum propositum nescientes, nec habentes in se fidem, quam nobis tradiderunt, qui in principio et viderunt, et ministraverunt Verbo.

Si autem dicant, quod propterea Deus sit, et ut Deus glorificetur, quia in eo tantum inhabitavit Dei Patris Verbum, ac non propterea, quia factus sit homo; audient rursus a nobis: Si isti, qui inhabitantem in se Deum habuerint, satis est, ut idcirco vere dii esse possint, et ab hominibus adorentur, omnes sane angeli hominesque sint dii et adorandi; inhabitat enim Deus in sanctis angelis. Habuimus etiam nos ipsum in nobis per Spiritum sanctum; sed non sufficit hoc ostendere, natura deos et adorandos eos qui habent Spiritum sanctum. Igitur non propterea Deus est, et adorandus Emmanuel, quod inhabitavit in eo, tanquam in homine communi, et seorsum intelligendo et in parte Deum Verbum; sed quod factum sit caro, id est, homo: mansit enim idem et Deus, et adorandus

792 CAP. XIX.

Dicta apostolica in quibus Deus nominatus est Christus.

De mysterio dicens secundum Christum: « Quod aliis, inquit, generationibus non est agnitus filiis ho-

⁶⁵ Hebr. ix, 28. ⁶⁶ Hebr. i, 1. ⁶⁷ Matth. v, 17. ⁶⁸ Joan. i, 14. ⁶⁹ Levit. xxvi, 12; i Cor. vi, 16. ⁷⁰ i Cor. vi, 19.

⁷¹ Isa. lxi, 8. ⁷² Hebr. i, 1. ⁷³ Ibid. 2. ⁷⁴ Ibid. 3. ⁷⁵ Apoc. iii, 20; Joan. xiv, 16. ⁷⁶ i Cor. iii, 17.

minimè, sicut nunc revelatum est sanctis apostolis⁷⁷. » A « Apparuit enim gratia Dei salvatoris omnibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria, sobrie et juste et pie vivamus, in hoc sæculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi⁷⁸. » Ecce Deus, et magnus, plenissime nominatus est Dominus noster Jesus Christus : ipse est enim cujus adventum gloriæ expectantes, sobrie vivere et irreprehensibiliter festinamus. Sed si est homo θεοφόρος, quomodo sit magnus Deus ? Vel quomodo beata spes in eum ? Siquidem verus est profecto Jeremias dicens : « Maledictus qui spem suam ponit in homine⁷⁹. » Neque enim Deum ipsum possit efflicere, ut ante dixi, id quod est Deum portare. Denique doceant nos, quid impediatur alios etiam omnes deos esse et adorandos, qui in se habuerint Deum ? Deum autem et magnum et beatum, habentem illuminationem Christum nominat beatus Paulus, qui invenitur dicens de Judæis et Emmanuel : « Quorum patres, et testamentum, et promissiones, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in sæcula sæculorum. Amen⁸⁰. »

CAP. XX.

Aliud.

« Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis et pro iis qui sunt Laodicæ, et quicumque non viderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Christi⁸¹. » Ecce mysterium Dei, mysterium nominat Christi, et plene intelligere quosdam vult in agnitionem ipsius. Quo igitur intellectu opus erat, volentibus Christi mysterium discere, si fuerant audituri, quod inhabitaret in homine Deus ? Opus est autem nimio intellectu, ut scias contra quod Verbum, cum sit Deus, factum sit homo.

CAP. XXI.

Aliud.

« A vobis enim sonuit sermo Domini, non solum in Macedonia et Achaia ; sed omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, exivit⁸². » Ecce iterum in Deum fidem factam esse commemorat, cum etiam Christus dicat : « Qui credit in me, habet vitam æternam⁸³. » Sermonem autem prædicationem dicit de seipso.

CAP. XXII.

Aliud.

« Ipsi enim scitis introitum nostrum apud vos, quoniam non inanis fuit ; sed ante multa passi, et contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, conditi sumus in Deo colloqui ad vos Evangelium Dei⁸⁴. » Ecce loquens in Deo, Dei Evangelium memoravit ; qui prædicat gentibus Christum.

CAP. XXIII.

Aliud.

« Recordamini, fratres, laborem nostrum et ærumnam, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus ; prædicavimus Evangelium Dei inter vos⁸⁵. » Et iterum : « Propterea et nos gratias agimus Deo sine intermissione ; quoniam cum percepissetis a nobis verbum, auditu Dei excepistis, non ut verbum hominum, sed ut verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis⁸⁶. » Nonne evidenter Evangelium Dei, et Dei verbum prædicationem de Christo commemorat ? quippe id omnibus manifestissimum est :

« Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito. Ascendi autem secundum revelationem, et exposui eis Evangelium, quod prædico gentibus ; seorsum autem iis qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currem, aut cucurrissem⁸⁷. » 793 Christum prædicans gentibus, ut Deum, divinum nominat ipsius ubique mysterium. Ascendit per revelationem Hierosolymam, et exposuit bis qui videbantur aliquid esse, id est, sanctis apostolis, sive discipulis, ne forte in vacuum currat. Cum vero ab Hierosolymis descendisset, et rursus gentium gregibus interfuisset, emendavitne aliquid ex prioribus ? Nonne perseveravit Deum confitens Christum ? Atque ideo scribit quibusdam : « Miror quod sic cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in aliud evangelium, quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes vos et volentes convertere Evangelium Christi⁸⁸. » Ait autem iterum : « Sed etsi nos aut angelus de celo evangelizaverit vobis, præter id quod accepistis, anathema sit⁸⁹. » Pro qua igitur causa alios omnes omittens, licet Deum inhabitantem habuerint, solum prædicabat Jesum sicut Deum.

CAP. XXIV.

Aliud.

Scriptum est de Christo : « Cum autem esset in Hierosolymis in die festo, multi crediderunt in nomine ejus videntes signa quæ faciebat ; ipse autem Jesus non credebat se illis ; quod ipse sciebat omnes, et quod non necesse habebat, ut aliquis testimonium

⁷⁷ Ephes. iii, 5. ⁷⁸ Coloss. i, 26. ⁷⁹ Coloss. ii, 1. ⁸⁰ I Thess. i, 8. ⁸¹ Joan. vii, 25. ⁸² I Thess. ii, 2. ⁸³ I Thess. ii, 4. ⁸⁴ ibid. 13. ⁸⁵ Tit. ii, 11. ⁸⁶ Jerem. i, 5. ⁸⁷ Rom. iv, 9. ⁸⁸ Galat. ii, 1. ⁸⁹ Galat. i, 6. ⁹⁰ ibid.

perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid erat **A** esse talia, in quibus habitavit Deus omnipotens. In homine ⁹⁹. » Si homo esset θεοφόρος, quomodo non decepti sunt multi, qui Hierosolymis in nomen ejus crediderunt? Vel quare solus cognoscit quæ sunt in homine, cum præsertim nemo alius sciat? Finxisse enim dicitur Deus corda nostra sigillatim ¹⁰⁰. Vel quare solus remittit peccata? Ait enim: « Quia potestatem habet Filius in terra remittere peccata ¹⁰¹. » Quare solus præter alios assessor sedet Dei et Patris? Quare soli obsequuntur angeli? Cur nos quidem docuit communem putare Patrem, qui est in cælis; sibi autem eum specialiter scribebat?

Sed forte dices quod hujusmodi voces inhabitanti Verbo deputandæ sint. Nonne igitur eum oportebat, juxta prophetis convenientem mensuram, ipsum quoque dicere: « Hæc dicit Dominus? » Verum cum ea **B** quæ supra legem sancire vellet, assumens sibi convenientem legislatori auctoritatem, aiebat: « Ego dico vobis ¹⁰² (1). »

Quomodo liberum se ait, et non obnoxium Deo? Ideo quia est Filius in veritate? Et si esset homo θεοφόρος, essetne etiam liber secundum naturam? Hujus enim Deus liber, atque solutus est: solus enim quasi tributa omnium exigit; et tanquam loco debitorum ab omnibus recipit religionem. Eisi exitus legis et prophetarum Christus est, est autem homo θεοφόρος; nonne dicere liceat, quod prophetarum prædicationum exitus ἀνθρωποπατρίας nobis crimen induxerit?

Deinde lex quidem prædicabat: « Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies ¹⁰³. » Qua nos eruditione perduxit ad Christum, quasi ad agnitionem illis qui in umbris fuerant potiorum: spernentesne igitur Deum legis et prophetarum adorare, adorabimus hominem habentem Deum inhabitantem? Ubi enim præstabilius erat Deum intelligi? In cælo, an in terra? In Seraphim, an in terreno corpore?

Si erat homo θεοφόρος, quomodo « propemodum ac nos participavit carni ac sanguini ¹⁰⁴? » Nam si quia Deus inhabitavit, hoc ei sufficit, ut similiter ac nos participaret carni et sanguini; et ita his participare id ipsum est, quod hominem factum esse: inhabitavit autem et in multis sanctis; homo igitur non semel, sed sæpissime factus est. Quare ergo « semel in consummatione sæculorum, in destructionem peccati, per hostiam suam dicitur apparuisse ¹⁰⁵? » Quomodo autem unum nobis Verbi adventum prædicant divinæ Scripturæ, si θεοφόρος erat homo? Si templum et ipse factus est Dei, quomodo et in nobis etiam Christus est? Sicutne templum in templis? An ut Deus magis in templis per Spiritum? Si θεοφόρος erat homo, cur est solius ipsius corpus vivificum? Oportuerat enim aliorum etiam corpora

Scriptis autem allecubi etiam divinus Paulus: « Ir-ritam faciens quis legem Moysis, sine ulla miseratione duobus aut tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit ¹⁰⁶? » Atqui divina erat lex, et mandata dicta per angelos. Quomodo igitur dignus erit deteriore supplicio, qui pollutum duxerit sanguinem Christi? Vel quomodo potior est religione, quæ est secundum legem, fides in Christum? Sed, ut jam ante diximus, Christus non similis aliorum sanctorum, homo θεοφόρος, sed Deus magis vere, et omni mundo celsiorem possidet gloriam, quod cum Deus sit natura Dei Verbum, factus est caro, sive homo perfectus: **B** animatum enim et rationale esse, quod adunatum est ei, ¹⁰⁷ credimus corpus, et vera omnino est adunatio.

CAP. XXV.

Quomodo oporteat intelligere: « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; » et quomodo proprium ipsius dicatur corpus.

Seinen Abrahamæ apprehendisse Verbum Dei unigenitum, beatus Paulus commemorat ¹⁰⁸; nec non etiam, quod propemodum ac nos participavit carni et sanguini ¹⁰⁹. Memores autem sumus etiam Joannis; ait enim: « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis ¹¹⁰. » Idne igitur fuit propositum viris spiritualibus, docere, quod Dei Verbum conversionis sit patiens; aut quod ipsum fas sit commutationem, quæ magis creaturæ conveniat, sustinere: adeo ut id quod non erat, forsitan in id sua sponte deveniat; aut alius contra ipsius voluntatem ad aliam naturam impellatur? absit. Manet namque idem, a sua natura commutationem omnem excludens, conversionis umbram nesciens pati: fixa est enim semper in suis superna illa cœlestisque natura.

Quomodo igitur Verbum caro factum sit, videre necesse est. Primum quidem divina Scriptura carnem plerumque nominat hominem, et quasi ex parte animalis totius significationem facit, nec non etiam a sola anima interdum tantumdem agit; scriptum est enim quod « Videbit omnis caro salutare Dei ¹¹¹. » Et ipse divinus Paulus: « Non consensi, inquit, carni et sanguini ¹¹². » Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel pontifex Moyses: « In septuaginta et quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum ¹¹³. » Sed non ideo dixeris, quod nudæ et sine carnibus animæ in Ægyptum descenderint; nec porro quod inanimis corporibus, et solis carnibus, salutare suum Deus indulserit. Quoties igitur audimus carnem factam esse Verbum, hominem intelligimus ex

⁹⁹ Joan. ii, 23. ¹⁰⁰ Psal. xxxii, 15. ¹⁰¹ Matth. ix, 6. ¹⁰² Matth. v, 32. ¹⁰³ Deut. vi, 13. ¹⁰⁴ Hebr. ii, 14. ¹⁰⁵ Hebr. ix, 26. ¹⁰⁶ Hebr. x, 28, 29. ¹⁰⁷ Hebr. ii, 16. ¹⁰⁸ ibid. 14. ¹⁰⁹ Joan. i, 14. ¹¹⁰ Luc. iii, 6. ¹¹¹ Galat. i, 16. ¹¹² Deut. x, 22.

(1) Videtur aliquid hic deesse; id, opinor, quod Anastasius Sinaita memorat ut statere in tributum pensitato.

anima et corpore. Factum est autem Verbum, cum sit Deus, homo perfectus, corpus accipiens animatum et rationale, idque sibi vere adunavit : quomodo ipse sciat, nostris enim sensibus huiusmodi cogitationes omnino cerni non possunt : et nuncupatus est Filius hominis.

Sed si oportet tanquam in speculum intuentes dicere, conjectat aliquo modo sensus humanus, adunatum fuisse Verbum corpori habenti animam rationabilem qualiter etiam hominis animam suo corpori, ipsam quidem diversæ naturæ, sortitam tamen communionem adunationemque cum corpore; ut pene videatur non esse alia præter corpus, eo quod per compositionem ex utroque animal unum efficiatur, manente tamen ipsa, ut ante memoravi, in sua natura. Ergo non per commutationem aut conversionem hominem factum Dei dicimus Verbum; nec prorsus, quod Deus esse desiderit; sed quod carnem accipiens ex muliere, et ei ex utero adunatus, exiit homo idem simul et Deus; neque Dei et Patris generationem æternam proficiens, sustinuit temporalem, ex muliere inde initium, ut esset, accipiens. Permittebat autem carni propriæ suæ naturæ legibus nasci, nativitate ratione duntaxat. Cæterum habet in se aliquid ab humana natura dissimile : natus est enim ex Virgine, et solus habet (1) matrem innuptam; factum autem ipsum etiam carnem, et in nobis inhabitasse, evangelista commemorat, ut utroque comprobaret, et factum fuisse hominem, et suum non perdidisse : mansit enim quod erat.

Intelligitur namque *Νοεῖται γὰρ πάντως, ὡς ἕτερον ἐν ἐτέρῳ, τὸ κατοικοῦν, τοῦτ' ἔστιν, ἡ θεία φύσις ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ οὐ παθοῦσα φερμὸν, ἢ ἀνάγκασιν τινα, καὶ μεταστάσιν, τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν. Τὸ γὰρ ἐνοικεῖν ἐτέρῳ λεγόμενον, οὐκ αὐτὸ γέγονεν, ὅπερ ἐστὶ τοῦτο, ἐν ᾧ κατοικεῖ νοεῖται δὲ μᾶλλον ἕτερον ἐν ἐτέρῳ. Ἐν δὲ γὰρ τῇ φύσει τοῦ Λόγου, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, μόνην ἡμῖν σημαίνει διαφορὰν τῶν φύσεων τὸ διάφορον. Εἰς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται Χριστός. Οὐκοῦν τὸ ἀσύγχυτον εὐμάλα τετηρηκώς, φησὶν ἐν ἡμῖν ἐσχηνωκέναι τὸν Λόγον. Ἐνα γὰρ*

* Coloss. ii, 9.

(1) Id est, quæ viri amplexibus inquinata non fuisset. Nubendi enim vocabulum sæpe reperitur in obscenis. Hinc illud ex Evangelio D. Marci : *Negus nubent, neque nubentur.* Et lib. vi, Capitularium cap. 209 : *Si ipse tamen innuptus vel innupta*

Ἰθὺν οὐδὲ μονογενῆ τὸν ἐνὶ σαρκὶ γενόμενον, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. unigenitum carnem factum, et hominem.

(2) Carne autem mihi videtur divinus Evangelista totam sapienter naturam hominum nominare : ait enim Verbum inhabitasse in nobis, non alterius, ut ego opinor, gratia, incarnationem Verbi factam esse, commemorans; nisi ut etiam nos, participatu ipsius per Spiritum sanctum locupletati, adoptionis beneficium lucraremur. Igitur in Christo unitatem summam veramque credimus factam. Sin autem in nobis Christus inhabitare dicatur, *σχετικῶν* ipse faciet inhabitationem. Non autem cum Deus dicitur inhabitasse in Christo : « Inhabitavit namque in eo omnis plenitudo divinitatis corporaliter ^b; » non per participatum, vel *σχέσιν* simplicem, quasi sole illucente, aut igne insitum sibi calorem alitis immittente; sed, ut ita dicam, ipsa divina sinceraque natura, juxta totum id quod est, inhabitationem sibi faciente, per veram, ut ante diximus, unitatem, in templo quod est natum ex Virgine : ita enim unus et est, et intelligitur Christus Jesus.

Quod vero in expressionum summa noster sermo vincatur, non negabo; sed non idcirco Christi mysterium non credatur; sed magis sit merito mirabilius. Quanto enim omni est mente superius et sermone, tanto magis ultra omnem admirationem ponendum est.

Carnem vero factum Verbum, iu est, hominem perfectum, non dicimus mensura corporis comprehendendi, id enim ineptissimum est; sed implere sic quoque credimus, sicut solet, cælum et terram, et quæ inferius posita sunt : omnia etenim plena sunt Deo, et omnia ipsi parvula sunt. At quomodo et in singulis, et in omnibus totus sit, intellectu dictaque difficile est, imo vero etiam impossibile. Id autem, ut opinor, eo possidet, quod incorporeus sit et indispertibilis.

Proprium autem Verbi corpus dicitur a nobis : non quemadmodum proprius est hominis risus, vel equi hinnitus; sed quod, factum ipsius per adunationem veram, instrumenti ei præbeat officium, ad exsequendum ea quæ more solito operatur, abaque solo peccato.

D Sin vero Deus Verbum etiam missum fuisse forte dicatur, ne quis vestrum terreatur, illud cogitans : Quo perget incorporeum, vel quo cedet is quo plena sunt omnia? Sciat autem magis, quod sit et alius missionis modus. Non ut locum de loco, qui mittitur, mutet; sed ut ministerium magis sacrum suscipiat, quod etiam discipulis iunctum esse discimus a Christo omnium Salvatore.

permanserit. BALUZ.

(2) Quæ sequuntur, usque ad hæctam Jacobi cum angelo eaque verba, cap. 51, *latitudinem semotis ejus,* desunt in editionibus vulgatis, et nunc primum eduntur.

Denique etiam divinus Paulus ait de Christo : A
 « Ergo, fratres sancti, vocationis cœlestis participes,
 considerate apostolum et pontificem confessionis
 nostræ Jesum ⁹. » Animadvertite autem quod, cum
 eum ministrantem hominum more ostendit, licet
 natura sit Deus, tunc ei etiam officium apostolatus
 attribuit : nihil autem, ut ante diximus, absurdum
 est, si Deus Verbum miti etiam dicatur a Patre ;
 implet namque certissime omnia, et nulli loco pe-
 nitus deest ; nos vero humanis vocibus divina in-
 terpretantes,figurationibus corporis immortalis na-
 turæ dispensationem solemus intelligere.

Denique cum sanctus Spiritus omnia impleat,
 scribit beatus Paulus, et dicit : « Quoniam autem
 estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda
 nostra, in quo clamamus : Abba Pater ⁶. » Ait autem B
 et ipse Salvator : « Expedit vobis, ut ego eam ; nam
 si non abiero, Paracletus non veniet ad vos ⁷. »
 Oportet igitur ad rationem pietatis omnia referentes,
 certa cogitatione sectari : id enim facientes nobis-
 metipsis maxime profuerimus.

CAP. XXVI.

Quomodo intelligitur Θεοτόκος Virgo sancta.

Natum est quidem inæstimabiliter Verbum Dei et
 Patris ; et hæc generatio omnem sensum cogitatio-
 nemque transcendit, et est incorporali naturæ con-
 veniens. Verumtamen id quod natum est, proprius C
 partus intelligitur Genitoris, et ejusdem cum eo sub-
 stantiæ ; ideoque etiam Filius nominatur, nomine
 scilicet indicante quasi veram sinceramque proge-
 niem ; sed cum sit vivus in æternum Pater, necesse
 est, eum quoque vivere in æternum, propter quem
 est Pater. Igitur « In principio erat Verbum, et
 Deus erat Verbum, et erat etiam Verbum apud
 Deum ⁸, » ut sapientissimus Evangelista commemo-
 rat. In consummatione autem temporum, propter
 nos homines, et propter nostram salutem incarna-
 tum est, et homo est factum ; non amittens quod
 erat, sed retinens inconvertibilem suam naturam,
 et semper in divinitatis fastigio collocatam ; subiens
 tamen propter nos dispensatorie exinanitatem ; nec
 sathonorans [id est, non despiciens] pauperiem,
 quæ humanæ naturæ convenit : nam « cum esset
 dives, pauper est factus, sicut scriptum est : ut nos
 paupertate ejus divites essemus ⁹. » Factum est
 igitur homo, et generationem ex muliere passum di-
 eitur. Igitur propterea quod ex sancta Virgine vere
 sibi adunatum corpus acceperit ; inde Θεοτόκος esse
 dicimus Virginem sanctam, quia id humane, sive
 secundum carnem peperit, licet haberet ante sæcula
 generationem ex Patre.

Opinari autem nonnullos Verbum hinc initium
 fuisse sortitum, cum homo sit factum, impietatis
 est furorisque plenissimum. Eos etenim insipienti-
 tissimos esse, monstravit ipse Salvator de se dicens :

« Amen dico vobis, antequam Abraham esset, ego
 sum ¹⁰⁻¹¹. » Quomodo enim aliter ante Abraham
 erat, qui multis post temporibus secundum carnem
 natus est ? Satis autem ipsos, ut opinor, redarguet
 divinus Joannes dicens : « Hic erat, de quo ego dixi :
 Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior
 me erat ¹². »

794. Prætermittentes igitur in re tam frivola
 sine causa certare, ad illud magis veniamus, quod
 etiam emolumenti aliquid possit asferre, ne mole-
 ste ferant nonnulli audientes, esse sanctam Virgi-
 nem Θεοτόκον, nec incredulitatis Judaicæ suas op-
 pleant mentes, imo vero etiam paganicæ impietatis.
 Judæi etenim aggrediebantur Christum dicentes :
 « De bono opere non lapidamus te ; sed de blasphe-
 mia, quod cum sis homo, facis te Deum ¹³. » At vero B
 filii paganorum Ecclesiæ dogmata derident, au-
 dientes ex muliere Deum esse progenitum ; sed illi
 quidem suæ dementiæ exedent fructus, et audient
 a nobis : « Stultus stulte loquitur, et cor ipsius
 vana intelliget. » Nostri enim mysterii ratio, licet
 Judæis sit scandalum, gentibus autem stultitia ¹⁴ ;
 nobis tamen, quod scimus, vere est admirabile, et
 salutare, et dignissimum credi : et si esset omnino
 quisquam, qui dicere auderet, banc carnem terro-
 nam nudæ divinitatis fuisse genitricem, et ex ea
 creatura omni superiorem natam fuisse naturam,
 insania id esset et furor. Neque enim ex terra di-
 vina est facta natura ; nec corruptibile incorruptio-
 nis radix unquam fiet ; nec mortalitas pariet vi-
 tam ; nec corporis tractabilis incorporale fiet ger-
 men ; nec increatum a creato nascetur : nec quod
 absque initio, ab eo quod habet initium.

Verum quoniam Dei Verbum juxta nos factum
 esse affirmamus, et nostris corporibus corpus sum-
 psisse consimile, idque sibi verissime adunasse,
 arcana inenarrabilique ratione, et sic hominem fa-
 ctum carnaliter natum esse, quid absurdum est, vel
 quod credi non debeat ? Cum præsertim hominis
 anima, ut sæpissime diximus, cum sit naturæ alte-
 rius præter corpus, nascatur tamen cum ipso, cum
 sit ei adunata, nec quisquam arbitretur naturam D
 corporis animæ initium præbere substantiæ ; sed
 immittit quidem ipsam inæstimabiliter Deus in cor-
 pus, et cum ipso etiam nascitur : unum tamen ex
 utroque animal definimus, hominem scilicet. Igitur
 Verbum quidem Deus erat, factum est autem et
 homo, et quia natum est secundum carnem, propter
 humanitatem necessarium est, ut quæ ipsum pe-
 perit, sit Θεοτόκος : nam si non peperit Deum, certe
 nec dicetur Deus, qui est ab ipsa progenitus ; sin-
 vero Deum ipsum divinæ Scripturæ nominant, pe-
 perit ipsa Deum hominem factum, siquidem homo
 aliter fieri non posset, nisi per generationem ex
 muliere. Quomodo igitur non sit, quæ ipsum pepe-
 rit, Θεοτόκος ? Quod autem Deus sit verus, qui natus
 inde est, ex divina Scriptura discimus.

⁹ Hebr. iii, 1. ⁶ Galat. iv, 6. ⁷ Joan. xvi, 7.
⁸ Joan. i, 30. ¹⁰ Joan. x, 23. ¹¹ I Cor. i, 23.

¹² Joan. i, 1. ¹³ II Cor. viii, 9. ¹⁴ Joan. viii, 58.

CAP. XXVII.

Dicta de Christo.

« Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel ¹⁵. » Quomodo ergo id quod natum est ex sancta Virgine, Emmanuel nominatur, cum Emmanuel, ut ante dixi, significet in nostra natura propter carnem fuisse Verbum, quod est Deus verus de Deo vero? Sed factus est Emmanuel: exinanivit enim se ¹⁶, generationem nostram et similem passus, ac sic nobiscum conversatus est. Ergo et Deus in carne, et Θεοτόκος vere est quæ eum carnaliter, sive secundum carnem generavit.

CAP. XXVIII.

Aliud.

« Quoniam omnes stolam dolo congregatam, et vestimentum cum commutatione reponent, et volent, si fuissent isti combusti; quoniam parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus principatus factus est in humero ejus, et vocatur nomen ejus magni consilii nuntius ¹⁷. » Audis, quod puer nominatus sit, quodque generationem sit nostræ similem passus. At cum puerum cælum per stellam clarissimam indicavit; magi adoraverunt ex ultimis terræ limitibus adventantes; angeli pastoribus evangelizabant, Salvatorem esse natum dicentes, et pacem nec non etiam Patris bonam voluntatem annuntiantes: « Est magni consilii nuntius. » Manifestavit etenim nobis Patris voluntatem, cui **C** in eo complacuit orbem salvare terrarum ¹⁸, et per ipsum et in ipso mundum sibi reconciliare: Christo enim reconciliati, Deo sumus reconciliati ¹⁹, Deus est enim vere Filius Dei et Patris. Quodnam igitur sit Patris consilium, cujus nobis fuerit nuntius, ipse docebit dicens: « Ita enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam ²⁰. » Filius autem unigenitus ille est qui est ex sancta Virgine procreatus: ipsum enim Verbum homo factum, quod fuit Deus in carne, ac sic terrenis apparuit. Denique dicebat: « Qui credit in me, habet vitam æternam ²¹. » Quod vero per ipsum et in ipso credamus Patri, explanavit dicens: « Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me ²²; » et: « Qui vidit me, vidit eum qui misit me ²³. »

« Audite me, insulæ, et attendite, gentes. Post multum temporis stabit, dicit Dominus; ex utero matris vocabunt nomen meum ²⁴. » Cum Verbum sit Deus, non ignoravit quod generationem patietur, ex muliere incarnatum propter nos. Sciebat autem quod vocabitur Christus Jesus a Deo et Patre; omnibus nobis novum filii nomen prædicans, quod

A est benedictum in terra. Observa autem quod propriam nominet matrem, quæ suum peperit corpus. Ergo si Deum verum se esse cognoscit, illa quæ eum carnaliter peperit, Θεοτόκος dicitur, et quidem recte: sin vero non est Deus, id quod audacter, imo potius scelerate nonnulli sentiunt, privari oportet ipsam Virginem sanctam hoc nomine quo Θεοτόκος esse dicatur.

CAP. XXIX.

Quod Deus nominatur et homo apparens Unigenitus.

Salomon ait orans. « Et nunc, Domine Deus Israel, credibile fiat verbum tuum, quod locutus es puero tuo David. Ergone credibile est quod habitavit Deus cum hominibus in terra ²⁴? » Animadvertite, quod miretur Verbi incarnationem: habitavit namque cum hominibus in terra, cum homo est factum, res enim incredibilis videbatur. Alioquin quomodo id præcipuum quiddam sit, vel quomodo id miratione dignum, cum Deus ab his, quæ ipse creaverit, non discedat, fovens ea scilicet, et ea quidem continens, quæ jam facta sunt; ea vero quæ nondum facta sunt, creans? Miraculum autem verum præcipuum, quod in terra cum hominibus habitavit homo factus Deus, juxta promissiones jam antea datas divino David; scriptum est enim: « Juravit Dominus David veritatem, et non Frustrabitur eam ²⁵. » Quid autem Juravit? « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam ²⁷. » Et vero ille, quamvis credidisset, quod nunquam abneget promissionem Deus omnipotens, tamen ipsum generationis locum curiosius inquirebat, ideoque dicebat: « Si ascendero super lectum strati mei, si dederò somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob ²⁶. » Deinde cum id quoque per spiritum reperisset, et carnalis generationis Unigeniti locum cognovisset, evangelizabat et dicebat: « Audivimus eam in Ephrata, » id est, in Bethleem; « invenimus eam in campis silvæ ²⁸. » Quod vero dicens Ephrata, significet Bethleem, propheta comprobavit: « Et tu, Bethleem, domus Ephrata ²⁹. » Observa autem quomodo eum, quem crediderat creatum juxta nos in **D** Ephrata, Deum Jacob nominet, cujus inhabitatio fuit in tabernaculo: ibi enim peperit Jesum sancta Virgo.

Nominat autem eum et alibi Deum Abraham dicens: « Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham ³¹. » Pene enim mentis suæ oculis, per illuminationem Spiritus sancti, futurorum scientia eruditus, principes populorum, id est, sanctos apostolos in Domini nostri Jesu Christi cernebat obsequio. Cum igitur « Deus Abraham » et « Deus

¹⁵ Isa. vii, 14, juxta Matth. et Cyrilli lectionem. Coloss. 1, 20. ¹⁶ Rom. v, 10. ¹⁷ Joan. iii, 16. ¹⁸ XLIX, 1, juxta LXX. ¹⁹ II Paralip. vi, 17, juxta ²⁰ ibid. 6. ²¹ Mch. v, 2. ²² Psal. XLVI, 10.

²³ Philipp. ii, 7. ²⁴ Isa. xi, 5, 6, juxta LXX. ²⁵ Joan. vi, 47. ²⁶ Joan. xii, 44. ²⁷ ibid. 45. ²⁸ Isa. LXX. ²⁹ Psal. cxxxi, 11. ³⁰ ibid. ³¹ ibid. 5, 5.

Jacob, » qui est natus ex muliere, nominatus sit, A anima mea. » Deus namque est natura Emmanuel. Dicitur autem etiam facies Dei. Nam est « figura substantiæ Patris²⁷, » et ita se vocabat apud Judæos, cum diceret de Deo et Patre : « Neque faciem ejus vidistis, et verbum ejus non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis²⁸. »

CAP. XXX.

Aliud.

Propheta Habacuc : « Domine, inquit, Inaudivi auditum tuum, et timui. Consideravi opera tua, et expavi. In medio duorum animalium cognosceris : in adventum temporis ostenderis in eo : dum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiæ memor eris. Deus de Theman veniet, et sanctus de monte Pharan²⁹. » Vide, quomodo in medio duorum animalium cognosceretur : nam cum natus esset ex muliere, et vixisset usque ad tempus pretiosæ crucis ; « Gratia Dei, sicut ait beatus Paulus, per suum corpus pro omnibus gustavit mortem³⁰. » Sed quoniam natura erat Deus, resurrexit denno in sempiternam vitam. Cogitus est igitur hic, qui pro nobis pretiosam sustinuit crucem in medio duorum animalium. Nam ipse alicubi ait ad Judæos : « Cum exaltaveritis Filium hominis, tum cognoscetis quia ego sum³¹. » Vide etiam, quomodo Deum ipsum nominans, ex Theman venturum, et ex Pharan monte pronuntiat (interpretatur autem Theman Auster) : apparuit enim Christus, non a regionibus Aquilonis, sed ab australi Judæa, in qua etiam Bethleem est. Cum igitur is, qui Dominus et Deus nominatus est, ex Judæa venerit australi, natus est enim in Bethleem ; quomodo non sit sancta Virgo Θεοτόκος ?

CAP. XXXI.

Aliud.

In Genesi scriptum est : « Subremansit autem Jacob solus, et luctabatur homo cum ipso usque ad mane : vidit autem quod non prævaleret ad ipsum, et tetigit latitudinem 795 femoris ejus, cum luctaretur cum eo, et dixit ei : Dimitte me, ascendit enim ortus. Ille autem dixit : Non te dimitto, nisi benedixeris mihi³². » Et post alia : « Benedixit autem eum ibi, et vocavit nomen loci illius, faciem Dei : vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, et salvata est anima mea : ascendit autem sol, et transiit facies Dei ; ipse autem titubabat femore suo³³. » Mysticus quidem est Scripturarum sensus : subindicare enim videtur Judæorum oblectationem, qua utebantur cum Christo, pene cum ipso luctantes ; qui tamen superati sunt, et ipsi etiam impetraturi benedictionem ipsius, si per fidem ad eum novissimis temporibus se convertissent. Attamen ille certe homo erat, qui luctabatur, et eum tamen Jacob Dei faciem nominabat ; neque id solum, sed sciebat eum Deum esse secundum veritatem : « Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, et salvata est

Quod vero Deus sit verus homo ille qui luctabatur cum Jacob, sacra iterum littera faciet fidem ; dixit enim : « Inquit Dominus ad Jacob : Surge, ascende in locum Bethleem, habita ibi, et fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi cum fugeres a facie fratris tui Esau³⁴. » Revertens enim ex Mesopotamia Dei jussu, et timens Esau, trajecit Jacob peceros et omnia vasa sua : « Subremansit autem solus, et luctabatur homo cum eo. »

CAP. XXXII.

Aliud.

Beatus Daniel horribilem visionem nobis exponens : « Videbam, inquit, in visione noctis, et ecce, cum nubibus cæli quasi Filius hominis veniens, et usque ad Vetustum dierum pervenit, et in conspectum ejus adduxerunt eum, et ipsi datus est honor, et regnum : et omnes populi, tribus, et linguæ ipsi servient : potestas ejus potestas in æternum, quæ non transgredietur, et regnum ejus non corrumpetur³⁵. » Audis quemadmodum non hominem simpliciter se vidisse commemoret, ne unus ex nobis, et juxta nos Emmanuel esse credatur ; sed quasi Filium hominis. (1) Cum enim Verbum natura sit Deus, « in similitudine tamen hominum factum fuit, et inventum est habitus homo³⁶, » ut in eodem utrumque intelligatur, id est, neque homo nudus, neque Verbum absque humanitate et carne. Tamen ei principatum et honorem, quæ semper habeat, data esse commemorat : ait enim quod « omnes populi, tribus, et linguæ ipsi servient. » Cum igitur etiam in humanitate positum unigenitum Dei Verbum servientem habeat creaturam, et Patris principatum et suum, pepererit autem secundum carnem ipsum sancta Virgo ; quomodo non intelligitur Θεοτόκος ?

CAP. XXXIII.

D De Christi passione ; et quod utilis sit, quoniam secundum aliud et aliud de uno et eodem dicitur, nec dividimus in duo.

Sanctus Paulus salutarem passionem nobis exponit, ait namque : « Nunc gratia Dei pro omnibus gustavit mortem³⁷, » nec non etiam : « Tradidi enim vobis imprimis, quod et accepi : quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die³⁸. » Ad hoc etiam sapientissimus Petrus :

²⁷ Habac. iii, 1 seqq. ²⁸ Hebr. ii, 9. ²⁹ Joan. viii, 28. ³⁰ Gen. xxxii, 24-26. ³¹ ibid. 29-31. ³² Hebr. i, 3. ³³ Joan. v, 38. ³⁴ Gen. xxxv, 1. ³⁵ Dan. vii, 13 seqq. ³⁶ Philipp. ii, 7. ³⁷ Hebr. ii, 9. ³⁸ I Cor. xv, 3.

(1) Hic locus habetur descriptus in libro primo Leontii Byzantini adversus Eutychianos sub finem. Βαυζ.

« Christo, inquit, passo pro nobis carne ⁴⁴. » Cum unum igitur credimus Dominum nostrum Jesum Christum, id est, in humana forma conspectum, sive hominem factum juxta nos, Deum Verbum, quomodo et passionem ipsi deputemus, et impassibile tamen servemus, ut Deum?

Ergo passio dispensationis erat, sua quidem ducente Deo Verbo ea, quæ sunt propria carnis, propter inenarrabilem unitatem; manente vero extra passionem, quantum ad ipsius naturam pertinet: impassibilis enim Deus est. Neque id mirum, cum et ipsam hominis animam videamus, si quid corpus passum fuerit, extra passionem quidem manentem, quantum pertinet ad naturam; attamen non extra passionem esse intelligi, eo quod proprium sit corpus ipsius quod patitur. **796** Et licet incontigua sit, et simplex; tamen id quod patitur non est alienum. Sic intelliges etiam de Christo omnium Salvatore. Utar autem exemplis, quæ quasi per ænigma nobis possint ostendere, quod communicarit quidem passioni Unigenitus, quantum pertineat ad familiaritatem corporis sui, manserit autem passionis experts, ut Deus.

Itaque Deus omnipotens prodigia sapientissimo Moyse jubebat efficere, ut crederet ei Israel, quod esset missus a Deo, et ut a violentia liberaretur; ait autem: « Et accipies aquam de flumine, et effundes super terram, et erit aqua quam accipies a flumine, sanguis super terram ⁴⁵. » Inquitur, quod aqua quidem figura sit vitæ, et quod sit per naturam vita Filius ex Patre tanquam ex flumine exiens, ejusdem substantiæ ratione; itaque omnia vivificat. « Sed cum aquam, inquit, effuderis super terram, erit sanguis. » Verbum, cum factum est caro de terra, id est, quando a terra carnem sibi circumdedit, tunc in ea mortem nostræ similem dicitur passum, licet per naturam sit vita.

CAP. XXXIV.

Aliud.

In Levitico pollutum Deus et immundum leprosum esse significat, atque ita eum de castris ejici præcipit oportere ⁴⁶; et si sanatus fuerit morbus, hoc eum pacto purgari: « Et accipiens duos pullos mundos, et lignum cedrinum, et coccinum et hyssopum, et præcipiet sacerdos, et occidens pullum unum in vase fictili, in aqua viva, et pullum qui vivit accipiet, et lavabit illum in sanguine pulli occisi in aqua viva, et aspergat super eum qui purgatus est a lepra septies, et mundus erit ⁴⁷. » Reddit quidem nos mundos, et pollutionum sordes abluit, et carnalis concupiscentiæ mortalitatem repellit sanguis pretiosissimus Christi, et purgatio baptismatis sacrosancti. Cæterum illud aspice: omittentes enim scriptorum vim examinare quod mysterio expediat, in præsentia memorabimus.

A Pullis duobus comparatur Christus, non quod duo sint filii, sed quod unus potius ex duobus, divinitate et humanitate in unitatem collatis. Mundi autem pulli: neque enim fecit peccatum Deus noster Jesus Christus; sed erat Verbum sanctum, et divinitatis et humanitatis ratione. Volucris vero comparatur, quod quasi in sublimi sit supra terram, et e cælo desuper: e cælo enim homo est Christus, licet carnem sancta Virgo pepererit; eo modo igitur desuper et de cælo. Dens enim Verbum, quod est desuper et ex Patre, carnem ex Virgine sancta accipiens, et eam suam propriamque existimans, tanquam si eam desuper et de cælo detulisset, dicebat: « Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit Filius hominis, qui est in cælo ⁴⁸. » Ea enim quæ sua sunt, propriæ carni semper attribuit; adunatum vero semel, jam cum ipsa unum scilicet æstimatur.

Cæterum vide, occiso uno pullo, lavari quidem alterum ejus sanguine, tamen non emori; et quid hoc sit? Vivebat Verbum, licet sua caro fuisset emortua, et communem passionem esse dicebat, propter adunationem et familiaritatem quam habebat cum carne. Igitur ipsum quidem vivit, ut Deus; corpus vero tanquam proprium faciebat, et sic in se familiariter accipiebat corporis passiones, cum ipsum nihil in natura propria pateretur. Prodest igitur et necessariam est, si in uno Christo id accipiamus quod secundum aliud et aliud de uno eodemque constituitur, et quod in duo dividi non permittatur, licet diversa inter se, et minime convenientia, actu esse dicantur.

Est autem tale quod dico. Natum esse secundum carnem ex muliere Deum dicimus Verbum, quamvis omnibus ipsæ præbeat nasci, et ad nativitatem, quæ nondum nata sunt, vocet. Secundum aliud et aliud natum est, eo quod homo nostri similis intelligatur; vocat autem ad nativitatem omnia, eo quod natura sit Deus.

Scriptum est etiam de ipso: « Puer proficiebat, et confortabatur, et implebatur sapientia et gratia ⁴⁹. » Cum natura sit perfectum ut Deus, et ex sua plenitudine spiritalia sanctis impertiat; cum ipsum sit sapientiæ dator et gratiæ, quomodo proficit puer, et sapientia impletur et gratia? Secundum aliud et aliud: cum sit enim ipse idem homo simul et Deus, propter unitatem quidem propria dicitur humana; est autem perfectus, et sapientiæ et gratiæ dator, ut Deus.

Nuncupatus est etiam et primogenitus, et unigenitus; sed si quis vim ipsam scrutari voluerit dictionum, primogenitus est, qui inter fratres plurimos primogenitus; unigenitus vero, ut unigenitus, non jam primogenitus, nec inter plurimos fratres. At est ipse, et hoc, et illud; quomodo ergo? Secundum aliud et aliud: primogenitus enim, ut

⁴⁴ I Petr. iv, 1. ⁴⁵ Exod. xv, 9. ⁴⁶ Levit. xviii, 2 seqq. ⁴⁷ Levit. xiv, 49-51. ⁴⁸ Joan. iii, 13. ⁴⁹ Luc. ii, 52.

inter 797 plurimos fratres, propter humanitatem; A etiam tunc cum in multis fuerit fratribus: tunc enim unigenitus porro idem, ut solus ex solo Patre natus, et ut Deus.

Sanctificatus fuisse dicitur per Spiritum, cum ipse sanctificare soleat accedentes; baptizatus secundum carnem, qui in sancto Spiritu baptizabat. Quomodo igitur idem et sanctificat et sanctificatur, baptizat et baptizatur? Secundum aliud et aliud: sanctificatur enim humane, sicut etiam baptizatur; sanctificat autem divine, et baptizat in Spiritu sancto.

Cum ipse suscitaret mortuos, resurrexit a mortuis, et cum sit per naturam vita, vivificari dicitur; hoc quonam modo? Secundum aliud nempe et aliud: ipse enim resurrexit quidem a mortuis, et vivificari dicitur secundum carnem; vivificat autem et suscitatur a mortuis, utpote Deus. Patitur, et non patitur, secundum aliud et aliud: patitur quidem humane carne, eo quod homo sit; impassibilis autem divine manet, ut Deus.

Adoravit ipse nobiscum: « Vos enim, inquit, adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus⁵⁰; » et est etiam adorandus: « Flectitur enim ipsi omne genu⁵¹. » Hoc quoque secundum aliud et aliud. Adorat enim, quia naturam assumpsit, quæ debeat adorare; adoratur autem porro idem, quasi major adorante natura, eo quod intelligitur Deus. Adoratione vero non est dividendum in hominem seorsus et seorsus in Deum; neque vero tanquam Deo conjunctum æqualitate dignitatis, divisus substantiis, cum ipso adorari dicimus hominem (id enim extremæ impietatis plenissimum est): sed unum adorandum hominem factum, et incarnatum Dei Verbum; ita tamen, ut credamus corpus ei adunatum animam juxta nos habuisse rationabilem. Neque enim Deus omnipotens duos primogenitos præcepit oportere, tam a nobis quam a sanctis angelis, adorari. Unus est enim, qui est introductus in orbem terrarum⁵²; et si introductionis modum curiosius perscrutemur, carnalis dispensationis mysterium inveniemus. Introductus est autem in orbem terrarum, tunc cum factus est homo, licet natura sua distare ab orbe longissime videatur, et in divinitatis eminentia vere esse credatur: alius est enim præter elementa creator ipsorum. Ergo super ea, quæ ipse condidit, secundum naturam est, quod natura sit Deus. Unus tamen, ut ante dixi, adorandus est,

Αὐτὸς ἐγείρων τοὺς νεκροὺς, ἐκ νεκρῶν ἐγήγηρται· καὶ ζῶν κατὰ φύσιν τυγχάνων, ζωοποιεῖσθαι λέγεται. Καὶ πῶς τοῦτο; Κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἐγήγηρται μὲν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιεῖσθαι τε λέγεται κατὰ σάρκα, ζωοποιεῖ δὲ καὶ ἀνάστησιν τοὺς νεκροὺς, ὡς Θεὸς· πάσχει, καὶ οὐ πάσχει, κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο· πάσχει μὲν γὰρ ἀνθρωπίνως σαρκί, καθὼ ἀνθρώπος· ἀπάθης δὲ ἐστὶ θεϊκῶς, ὡς Θεός.

tunc enim unigenitus porro idem, ut solus ex solo Patre natus, et ut Deus.

Unum Filium adoravit cæcus a nativitate sua, cum præcipuo mirabilique modo sanatus est. Nam, « cum invenisset eum in templo Jesus, dixit: Tu credis in Filium Dei? Ille autem dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum⁵³? » Christus vero ei seipsum cum corpore demonstrans, aiebat: « Et vidisti quidem eum, et qui loquitur tecum, ipse est⁵⁴. » Vides quod singulari numero utatur, non permittens Deum et hominem seorsus intelligi; imo vero et si quis hominem nominaverit Emmanuel, minime quidem communem hominem significaverit; sed Dei Verbum adunatum nostræ naturæ. Hunc sicut unum, hominem adoravere beati discipuli, cum eum videntes miris modis inter aquas ambulare, adoravere, dicentes: « Vere Dei Filius es⁵⁵. »

Si vero hominem cum Deo coadorari dixerimus, divisionem apatiosissimam inducimus: eὐν enim semper (quod est Latine cum), nisi in significatione unitatis, quæ est per compositionem, ponatur, deo omnino coget intelligi. Quemadmodum enim nemo sibi convenire dicatur, neque concœnare, aut coadorare, aut coambulare; duarum enim personarum significationem inducit præpositio verbo præposita: ita etiam si quis coadorari hominem cum Deo dixerit, duos plane filios dicit, et a sese disjunctos; unitatis enim ratio, si in sola dignitatis æqualitate sive auctoritatis intelligatur, non esse vera convincitur, adque a nobis jam pluribus ante probatam est.

798 CAP. XXXV.

Adversus illos qui aiunt, quod sola relatione Deum Verbum deceant humana

Garrunt nonnulli de carnali dispensatione Ungenti, et venerabile, ac magnam, et supernis spiritibus amabilissimum mysterium, per quod etiam salvati sumus, ad sensus fragiles deferentes, decus contaminant pulchritudinemque veritatis; cum eos oporteat, non si quid ipsis recte habere videatur, roborare conari; sed inspicere magis, subtili acutoque mentis oculo, sacrarum propositum Litterarum, atque rectum ita iter ingredi, sectantes ea quæ Patres sanctissimi examinarunt, qui sancti Spiritus illuminationibus eruditi, sanxere nobis symbolum fidei, ipsum dicentes, quod ex Patris substantia inæstimabiliter natum est, Deum Verbum, per quod omnia facta sunt, quæ in cælo, et quæ in terra, propter nos homines, et nostræ salutis causa descendisse, hominem factum, passumque, ascendisse in cælum, venturum post tempora judicare vivos et mortuos.

Verum nonnulli sunt, doctos se esse scientesque opinati, et supercilio, et timore sufflati, qui si hæc verba audierint, derident; et ea quæ tam recte sunt dicta, deliramenta magis existimant: cum præser-

⁵⁰ Joan. ix, 22.

⁵¹ Philipp. ii, 10.

⁵² Hebr. i, 6.

⁵³ Joan. ix, 38, 59.

⁵⁴ ibid. 37.

⁵⁵ Mat. h. xiv, 33.

tim credamus illuminatione Spiritus sancti patuisse A sanctis Patribus scientiam veritatis. At illi, tanquam si scire possint meliora sentire, non ipsum existimant, unigenitum Dei Filium, qui est ex substantia ejus, Deum Verbum passum esse sua carne pro nobis humane, licet eo quod Deus intelligitur, in sua natura habeat, ut pati non possit; hominem autem seorsus et separatim eum ponentes, qui est ex sancta Virgine procreatus. Deinde ei, quantum ipsis videtur, modum gloriæ tribuentes, adunatum fuisse dicunt Verbo Dei Patris; et rationem adunationis exponentes, donatam esse ipsi dicunt a Deo æqualitatem dignitatis, sive auctoritatis, et ut simili appellatione, et Christus, et Filius dicatur, et Dominus. Sin vero etiam passus esse aliquid dicatur homo, qui ab ipsis excogitatur, oportere aiunt in ipsum Deum Verbum referri, eo quod conjunctum sit ipsi æqualitate dignitatis, cum, naturis divis, unusquisque id sit, quod est.

Explanabo autem vim sententiarum, quantum ipse valero, sacrarum Litterarum exempla proponens. Esurit Christus, itinere fatigatus est, dormivit, ingressus est in naviculam, pulsatus est a ministris verberibus, a Pilato flagellatus est, sputamina militum excepit, qui lancea latus pungentes, acetum mistum felle ori ejus obtulerunt; gustavit autem et mortem, crucem passus, et alia convicia Judæorum. Hæc omnia homini quidem contigisse commemorant, referri vero in Filii veri personam. At nos credimus, [sicut in unum Deum Patrem, omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem; ita etiam in unum Dominum Jesum Christum, Filium ejus. Dividere vero seorsus in hominem Emmanuel, et seorsus in Verbum, recusamus. Scientes autem quod factum sit juxta nos Verbum homo, vere ipsum eundemque dicimus Deum de Deo; humane vero hominem juxta nos ex muliere. Affirmamus autem porro propter familiaritatem, carnis quidem eum infirmitates fuisse perpassum; servasse vero naturæ suæ impassibilitatem, eo quod non homo erat solum, sed idem etiam Deus natura; et quemadmodum proprium erat corpus ipsius, ita etiam naturales corporis et inculpabiles passiones, necnon etiam ea quæ ei illata sunt, petulantia nonnullorum.

Patiebatur autem impassibiliter, quia non idcirco se humiliavit, ut esset tantum similis nostri; sed quia, ut ante dixi, id naturæ suæ, uti sit omnibus superior, reservarat. At si diceremus, quod per conversionem vel commutationem naturæ suæ in naturam transierit carnis, necesse erat omnibus modis nos, invitos etiam, constiteri, arcanam divini que naturam fuisse passibilem. Sin autem, licet juxta nos homo sit factus, manserit incommutatus, est enim proprium cælesti naturæ, ut pati non possit; deinde per adunationem ipsius factum fuerit corpus passibile: oportet ut patiat, corpore

patientem, eo quod corpus ipsius fuisse dicitur proprium; manet vero ipse impassibilis, eo quod ipse est proprium ut pati non possit.

Quod si glorificatus est Emmanuel per passionem, ut ipse dixit, cum pro nobis pretiosam crucem esset passurus: « Nunc glorificatus est Filius hominis »; » cur, passionis gloriam homini tribuentes solam habenti conjunctionem cum eo in æqualitate dignitatis, non erubescunt? Nam, sicut ipsi existimant, conjunxit sibi secundum voluntatem Patris et complacitum hominem simpliciter, et eum suæ gloriæ parem effecit, et concessit, ut simili appellatione Christus, et Filius, et Deus nominatus sit, et Dominus.

Ergo neque incarnatum est vere Verbum, nec prorsus homo est factum. An forte, etiam falsos mendacesque dicere doctores sanctos mundi totius, nullum pariat detrimentum? Aut 799 enim dicant, imo magis præcedant in medium probaturi, quod qui conjunctionis ab ipsis inducitur modus, incarnationis habeat vim, et id sit, Verbum esse hominem factum. Aut si ea non ita habere existimant, quare conjunctionis nobis inconjunctæ modum excogitant, veritate neglecta? cum deceat eos dicere humanitati nostræ adunatum fuisse Dei Verbum et Patris: ita enim carue quidem propria intelligatur passus humana. Quantum vero pertinet ad divinitatis naturam, molestiæ omnis expert, ut Deus.

Quod vero relationem nominantes, quæ ne scio quomodo ab ipsis reperta est, gloriæ detrahant Emmanuelis; quodque eum vix unum sanctorum efficiant prophetarum; et quod inter mensuras constituent plurimorum, in eoque procul dubio capiantur, probabo porro, divinæ Scripturæ ponens exempla.

Murmurabat aliquando in deserto adversus Moysen et Aaron populus Israel, dicens: « Utinam mortui essemus, percussis a Domino in Ægypto, cum sedebamus ad ollas carniū, et edebamus usque ad satietatem »⁷⁷. » Dicit deinde sapientissimus Moyses (erat enim consequens tam temere impatientes consutare): « Nos autem quid sumus? Neque enim adversus nos est murmuratio vestra, sed adversus Deum »⁷⁸. » Regnabat enim per illa tempora etiam Deus omnipotens, per sanctos prophetas, in populo Israel.

Illi autem in hoc etiam pusillanimes, accedebant ad divinum Samuel, dicentes: « Ecce tu genuisti, et filii tui non ambulant in visis tuis, et nunc constitue super nos regem, qui judicet nos, sicut cæteræ habent gentes »⁷⁹. » Molestè id quidem nimis ferebat propheta. Ait autem Deus omnipotens: « Audi vocem populi, sicut locutus est ad te; quia non te spreverunt, sed me spreverunt, ut non regnem super eos »⁸⁰. »

Dixit autem alicubi etiam Christus sanctis apo-

⁷⁷ Joan. xxxi, 31. ⁷⁸ Exod. xvi, 5. ⁷⁹ ibid. 7. ⁸⁰ I R g. viii, 5. ⁸¹ ibid. 7.

stolis : « Qui recipit vos, me recipit ⁶¹. » Necnon etiam misericordes pro tribunali suo allocuturum se pollicetur : « Venite, benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi ⁶². » Probitatis vero ipsorum mores familiariter agnoscens de iis, quibus bene consultum fuerat ab ipsis : « Quandiu feceritis, inquit, uni horum minimorum, mihi fecistis ⁶³. »

Ecce, in his relationis modus qualis sit, cognoscitur evidenter. Murmurabat adversus Moysen et Aaron populus Israel, et res quidem habebat relationem in Deum; erant tamen homines Moyses et Aaron similes nostri. Eodem pacto etiam in aliis intelliges, quorum nuper fecimus mentionem: sed erant quidem, ut ante dixi, sancti et admirabiles homines, homines tamen similes nostri. Eone igitur modo etiam homo Deo Verbo conjunctus, sicut illi aiunt, relationem in id suarum habeat passionum? Et quomodo jam non sit homo communis, et seorsus, et aliud nihil? Ergo non est vere Deus Emmanuel, non unigenitus Filius, non Deus secundum naturam.

Deinde quam ob causam nemo aliorum a Deo Verbo honoratus est æqualitate dignitatis, sive auctoritatis? Solum autem hunc paria omnia sortitum fuisse contendunt; maxime cum Deus Salvator omnium, non judicet ad personam, sed justum iudicium, sicut ipse commemorat ⁶⁴. Quare ergo consideret solus? Quomodo veniet iudex, obsequentibus angelis? Quare autem solus tam a nobis quam a supernis spiritibus adoratur? Sed valde, inquit: te enim quoque id agere invenimus; passum enim ipsum confiteris, quatenus ei carnis attribuis passiones, licet impassibilem serves ut Deum. At nos, vir optime, cum prius adunaverimus Verbum et hominem, carni quidem passiones tribuimus, impassi-

bilem vero ut Deum servavimus. Nam licet factus sit similis nostri, attamen scire debemus celestium dignitatum et divinæ ejus eminentiæ majestatem.

Præmissa igitur unitate ea, quasi aliquo fundamento fidei præjacto, carne passum esse confitemur; mansisse vero extra passiones, quippe cum in se habeat, ut pati non possit: sin vero in parte ponamus Deum et hominem, naturas a sese dividentes, et secundum solam relationem dicamus Verbum sua duxisse ea, quæ corpori contigerunt, Moysis nempe et Aaron modum habet is, qui est ex sacra Virgine procreatus Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus.

800 Ergo etsi per prophetas sanctos dicat: « Dorsum meum posui in flagella; maxillas autem meas in palmas; faciem meam autem non averti a confusione sputorum ⁶⁵. » Porro: « Infoderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea ⁶⁶. » Et porro: « Dedere in cibum meum hyssopum, et in sitim meam obtulerunt mihi acetum ⁶⁷. » Ipsi omnia hæc Unigenito attribuimus, quæ pro nobis dispensatorie carne passus est, secundum Scripturas: « Vibice enim ejus nos sanati sumus, et ipse infirmatus est propter peccata nostra ⁶⁸. » Impassibilem vero eum natura esse cognoscimus: nam si, ut dudum dixi, idem homo est simul et Deus, sunt certe humanitatis ejus passiones, Dei porro proprium, ut impassibilis intelligatur.

Hæc ita sentientes servabimus pietatem, et per rectas cogitationes euntes et sensus, ad celestis vocationis palmam perveniemus in Christo, per quem, et cum quo, Deo et Patri gloria cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

⁶¹ Luc. ix, 48. ⁶² Matth. xxv, 31. ⁶³ ibid. 40. ⁶⁴ Joan. viii, 16. ⁶⁵ Isa. l, 6. ⁶⁶ Psal. xxi, 18.
⁶⁷ Psal. lxxviii, 22. ⁶⁸ Isa. liii, 5.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΛΟΓΟΥ, ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ.

BEATI CYRILLI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI,

DE INCARNATIONE VERBI DEI, FILII PATRIS.

Ἡ τῆς θείας Γραφῆς ὀρθοτάτη ἔννοια, εἰσοικιζο-
μένη εἰς τὸν τῶν ἁγίων νοῦν, κατακοσμεῖν εἴωθε τὰς
τῶν ἁγίων ψυχὰς· ἅς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰσάγει
εἰς τὰ πελάγη τῆς ἀενάου γνώσεώς τε καὶ σοφίας
Χριστοῦ· δι' ὧν ὁ Πατὴρ τῶν ὄλων Θεὸς δοξολογεῖ-
ται. Θησαυροὺς τοίνυν ἀποκρύφους, ἀοράτους, ἀνόξω
σοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Θησαυροὺς δὲ φημι τοὺς
τῆς ὀρθῆς γνώσεως διανοίας ὀφθαλμοὺς, ὑγιῶς ὀρῶν-
τας καὶ ἀλωθῆτους. Οὐ γὰρ χαρίσματα ἀτελῆ ἑωρεῖ-
ται Θεὸς τοῖς; ἐπεγνωκόσιν αὐτόν· οὔτε μὴν ἔροις
ἀνθρωπίνης διανοίας περιγραφόμενα· τέλειος γὰρ ὢν
ὁ τῶν ἀπάντων ἡμῶν Δεσπότης Θεός, τελείως δωρεῖ-
ται τὰ ἄφθονα τοῖς ἀξίως πολιτευομένοις αὐτοῦ·
ἐραστῆς γὰρ πέφυκε τῶν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δουλευόν-
των αὐτῷ ἀνποκρίτως. Ἦκέτω τοίνυν πᾶς ὀρθᾶ
φρονεῖν ἡρημένος ἐπὶ τὴν ἀένναον πηγὴν τὸν Χρι-
στον, ἀκούων αὐτοῦ προσφωνοῦντος διὰ τοῦ Εὐαγγε-
λιου· «Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω.»
Οὐ γὰρ δέον ἐστὶν ἡμᾶς, μὴ πρότερον ἐπιγνόντας τὸ
τῆς εὐσεβείας μυστήριον, διερευνᾶν ἢ ἐκλαμβάνειν
ἀπλῶς περὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. Ὑποκλέπτειν τοίνυν
ὄντοια τινες τῶν ἀκρωμένων τὰς ψυχὰς, ἀνθρωπον,
φῆσι, λέγοντες ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον· καὶ διὰ
τοῦτο πρόδοον πεποιῆσθαι διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου,
καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ἀνθρωπον ἀποταθεῶσθαι τῷ
Θεῷ Λόγῳ, οὐ συνιέντες τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον,
καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς τὴν
χάριν μετρίαν ποιούμενοι. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω δεδι-
δάγμεθα· ἓνα, καὶ τὸν αὐτὸν Ἰσμεν, ἀδελφοί, τὸν
διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου τῆς Θεοτόκου Μαρίας γεννη-
θέντα, Θεὸν τέλειον, καὶ ἀνθρωπον τέλειον, ἐμφύχον,
λογικόν. Ταύτητοι καὶ Θεοτόκον λέγομεν τὴν ἁγίαν
Παρθένον, καὶ ἐνψυχημένοι οὐσιωδῶς τὸν Θεὸν Λόγον
ἐν αὐτῇ οὐ δοκῆσαι, ἀλλὰ ἐνεργεῖν· τὸν αὐτὸν διμη-
ναῖον, καὶ τριμηναῖον, Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἅμα, καὶ Υἱὸν
ἀνθρώπου. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ
μὴν καὶ τὰς ἐν ἐξουσίᾳ τῇ θεοπεπεῖ φωνάς, ἅς δι-
αγορεύουσιν ἡμῖν αἱ θεαταὶ Γραφαὶ περὶ αὐτοῦ, εἰς ἐν

A **801** Germanus divinæ Scripturæ sensus sancto-
rum montibus illapsus, illorum animos exornat,
quos Spiritus sanctus in illud perennis scientiæ et
sapientiæ Christi pelagus inducit : per quæ Pater
ille universorum Deus glorificatur. Thesaurus pro-
inde absconditus et invisibilis, ut est in sacris Lit-
teris¹, tibi recludam. Thesaurus autem rectæ cog-
nitionis appello mentis oculos, qui sincere inoffenseque
perspiciunt. Neque enim Deus imperfecta, aut hu-
manæ mentis limitibus circumscripta munera iis qui
illum agnoverint, impertitur. Nam, quia perfectus
est ipse Deus noster omnium Dominus, perfectam
quoque honorum suorum copiam illis qui ipso non
indignam vitam agunt, dilargiri solet. Nam qui puro
omniquo simulatione vacuo animo illi serviunt, eos
B singulari amore et benevolentia complectitur. Om-
nes itaque qui recte sapere instituerunt, ad Chri-
stum perennem illum fontem accedant, illum per
Evangelium clamantem audientes : « Si quis sitit
veniat ad me, et bibat². » Neque enim opus est, non
agnito prius illo pietatis mysterio, temere de Christo
Deo investigare, vel disserere. Sunt ergo qui in au-
ditorum animos furtim ac per fraudem irrepunt,
Deum Verbum asserentes hominem assumpsisse, ac-
cidit per sanctam Virginem prodississe, et hunc
eundem hominem a Deo Verbo deificatum esse;
magnum illud pietatis mysterium non intelligentes,
dispensationisque Unigeniti cum carne beneficium
parvificantes. Nos autem, fratres, non sic edocti
sumus. Illum namque qui ex sancta Virgine natus
est, unum eundemque esse agnoscimus, perfectum
Deum et perfectum hominem anima rationali præ-
ditum. Hac etiam de causa sanctam Virginem Dei-
param appellamus; Deumque Verbum non opinione,
sed re ipsa in illa habitasse dicimus : eundem bi-
mestrem et trimestrem, Filium Dei simul, et Filium
hominis. Quin etiam voces illas, quas divinæ Lit-
teræ modo humanitati, modo divinæ illius potestati

¹ Isa. XLV, 3. ² Joan. vii, 37.

tribuunt, **802** in unam duntaxat personam convenire prædicamus. Eundem enim agnoscimus qui super cervical dormiebat, et qui mare et ventos ex potestate increpabat¹; eundem qui ex itinere defatigabatur², et qui super mare, perinde ac super solidam terram, sua potestate gradiebatur³. Idem itaque citra ullam controversiam Deus simul et homo existit. Quid enim mirum esset, si nostræ conditionis homo quispiam Dei potestate munitis miracula patraret? Verum ut illud ipsum Dei Verbum non imaginatione, aut apparenti quadam ratione, sed re ipsa se exinanivisse, divinæ Scripturæ nobis ostendant⁴; unum eundemque Deum simul et hominem per prophetas et apostolos nobis diserte pronuntiantes dixerunt. Dei itaque erat illa ex Virgine conceptio, Dei nativitas, Dei similitudo, qua nobis nostri causa dispensatorie per omnia assimilatus est; Dei passio, Dei iis qui in carcere et in tenebris erant prædicatio, Dei resurrectio, Dei tandem in cælo assumptio. Qui capi non poterat, per carnem quam nostri causa ex Maria sumpsit, virginali utero concludi ac definiri sustinuit. Qui late omnia excedit, carne continetur. In quem nulla mutatio cadit, humanam formam subiit. Impatibilis, ultro pro nobis et propter nos per propriam carnem passus est. Deo et Patri indivise cohærens, in terra, ut scriptum est, visus est, et cum hominibus conversatus⁵. Qui sub tactum non veniebat, ab iniquis lancea compunctus est⁶. Impassibilis, voluntariam crucem nostri causa pertulit. Immortale lumen morti seipsum obtulit, et morti quidem crucis. Qui in sinu Patris erat, per propriam carnem in cælum assumi non recusavit. Qui autem Dei Filium [Deum Verbum] hominem quempiam nostri similem assumptisæo dicitur; ipsum autem vivum et efficax Dei Verbum⁷, quod in propria [efficacem Dei Filium, qui in propria] persona subsistit, hominem factum, dispensatorieque in humanis propter nos versatum esse indicantur: illos sacra Synodus Ephesina explodit et ejicit

Disputatio de eodem.

Συζήτησις περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Interrogatio. Cur Deus, qui comprehendere non potest, virgineo utero comprehensus est? *Responsio.* Quia mortalium genus redimere, et a servitute in libertatem asserrere placuit.

Interrogatio. Cur initio carens ex muliere nasci pertulit? *Resp.* Quandoquidem sub maledicto erant omnes homines (erant enim sub peccati **803** regno), ideo in naturæ initia relatus est a nobis ipsis, et et cognatorum nativitatem, et ipsum uterum sanctificaret.

Interrogatio. Cur inalterabile et immutabile Dei Verbum inter homines computatum, et homo factum est? *Resp.* Ob id Dei Verbo dispensative propter nos in humanis versari, nobisque per omnia, solo peccato excepto, assimilari placuit, quia humanum genus salvare voluit.

Ἐρώτησις. Πῶς ὁ Θεὸς ὁ ἀχώρητος ἐχωρήθη ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ; *Ἀπόκρισις.* Ἐπειδὴ εὐδόκησε λυτρώσασθαι, καὶ ἐλευθερώσασθαι τὸ τῆς ἀνθρώπου γένος.

Ἐρώτ. Πῶς ὁ ἀναρχος γέννησιν ὑπέμεινε τὴν διὰ γυναικός; *Ἀπόκρ.* Ἐπειδὴ ὑπὸ κατάραν ἐγενήθει λοιπὸν πᾶς ἀνθρώπος· βεβασιλευτο γὰρ ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας· διὰ τοῦτο εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι λελόγισται πρὸς ἡμῶν αὐτῶν, ἵνα καὶ τὴν τῶν ὁμογενῶν γέννησιν καὶ μήτραν ἀγιάσῃ.

Ἐρώτ. Πῶς ἐν ἀνθρώποις κατελογίσθη, καὶ ἀνθρώπος γέγονε, ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος; *Ἀπόκρ.* Τὸ ἀνθρώπου γένος οὕτως βουλόμενος, εὐδόκησε δι' ἡμᾶς ἐν [Ἰσ. γενέσθαι ἐν] τοῖς καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς, καὶ ὁμοιωθῆναι ἡμῖν κατὰ πάντα, χωρὶς ἀμαρτίας.

¹ Marc. iv, 38. ² Joan. iv, 6. ³ Matth. xiv, 23. ⁴ Heb. iv, 12.

⁵ Philii. ii, 7. ⁶ Baruch. iii, 38. ⁷ Joan. xix.

Ἐρώτ. Πῶς τῷ ἀκαθεί ὕπνον, καὶ κόπον, καὶ πείναν, καὶ σταυρὸν, καὶ πάντα τὰ ὑποκειμένα φθορᾷ, περιέρχεται τολμήατε; Ἄποκρ. Εὐφήμεί, ὃ ἐν ὄρωπα, παρακαλῶ. Ἦδη προείπον, σαρκὶ παθητῆ, καθὼς καὶ αἱ θεαὶ Γραφαὶ ἡμῖν παραδεδώκασι [δεδηλώμασι], περιτῆσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ ἠνώσθαι αὐτὸν αὐτῆ, καὶ δι' αὐτῆς πεφηνότα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν Θεὸν Λόγον, μετ' αὐτῆς ὕπνον ὑπομείναι, καὶ κόπον, καὶ πάντα τὰ τοῦ ἀνθρώπου, χωρὶς ἀμαρτίας, οὐ τῆ φθορᾷ ὑποκειμένος· ἀμείνων γὰρ φθορᾶς, καὶ θανάτου ὁ ἀφάρτος καὶ ζωοποιὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ τὴν φθορὰν ἀποσοῦν ἀπὸ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ οἶμαι ἐγκλημα περιάπτεσθαι βασιλεῖ, ὅποταν βουλομένου σῶσαι τὸ ἴδιον, τὸ τοῦ δούλου σχῆμα ἐνδύσθαι. Καὶ πῶς τολμήσει τις τῷ τῆ φύσει ἐλευθέρῳ ἐγκαλεῖν, ὅτι γέγονε δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς; Ἄποδέχου τοῦ Πατρὸς τὴν φιλανθρωπίαν, ὅτι τὸν ἴδιον Υἱὸν δωρεῖται δι' ἡμᾶς· μὴ περιεργάζου τὸ πρᾶγμα, παρακαλῶ· οὐ γὰρ ἐξ Ἑλληνικῆς σοφίας τὸ γνῶρισμα· οὐδὲ ἀπὸ φρονήματος κοσμικοῦ· ἀλλότριον γὰρ ἑκατέρων. « Μακάριος εἶ, » φησὶν ὁ Κύριος τῷ Πέτρῳ, « Σιμὼν Βᾶρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ, καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατὴρ μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οὐράνιον τὸ δῶρον τὸ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γνῶρισμα.

Ἐρώτ. Πῶς ὁ τῶν πάντων ποιητῆς Θεὸς Λόγος, ὁ ἀψηλάφητος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀναλλοίωτος τε καὶ περιγραφὴν μὴ ἀνεχόμενος, ἐν εὐτελεῖ ξύλῳ σταυρὸν ὑπέμεινε, καὶ θάνατον; Ἄποκρ. Θάνατόν φαμεν ὑπομεινηκότα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ σταυρὸν, διὰ τῆς σαρκὸς τῆς ἰδίας, ἵνα ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ θανάτου, καὶ φθορᾶς· τὴν ἰδίαν γὰρ ψυχὴν τέθεικεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ ἄλλοτρίαν οὐσαν, ἣ ξένην τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἀποδῶρτος γὰρ ἡ ἔνωσις· αὐτὸς γὰρ εἶπεν· « Ἐξουσίαν ἔχω τὴν ψυχὴν μου θεῖναι, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. » Ταύτης ἰδίου τὸ ἀδημονεῖν, τὸ λύπην ὑπομείναι [ὑπομένειν], τὸ ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος, ὡς καὶ σαρκὸς τὴ κοπιᾶν, τὸ σταυροῦσθαι, τὸ ἀνίστασθαι, τὸ μετάρσιον ὑπομένειν θέσιν· πλήν Θεοῦ τὰ πάντα λέγεται, καὶ εἰσι· Θεοῦ γὰρ καὶ ἡ ψυχὴ· Θεοῦ καὶ τὸ σῶμα.

Ἐρώτ. Πῶς ὁ παντοδύναμος Λόγος τοῦ Πατρὸς ἀναστήσει περιεπλήκη, καὶ φθορᾷ ὁ φθορᾶτος [ἀθάνατος]; Ἄποκρ. Φθορὰν μὲν οὐχ ὑπέμεινε οὐδ' αὐτὴ ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου σὰρξ· νόθος γὰρ διαλαμβάνοντες, νόθος καὶ ἐπερωτάτε· προανεκεκράγαγε γὰρ ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ· « Οὐ δώσεις τὸν ὄσιόν σου ἰδεῖν διαφθορὰν. » Πάθος μὲν ὑπέμεινε ἐθειλούσιον ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός· ὁ χωρῶν ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀχώρητον Πατέρα· χωρούμενος· δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς· χωρούμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρὸς, ἐχωρεῖτο ἀβρήτως καὶ ἐν τῆ ἰδίᾳ σαρκί. Ἄνεθλω δὲ τριήμερος, λαφυραγωγῆσας τὸν ἄδην· καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός· ἵνα καὶ ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ θανάτου καὶ φθορᾶς.

Interrog. Quomodo impatibili somnum, laborem, defatigationem, crucem, famem, cæteraque omnia corruptioni subjecta tribuere aufertis? **Resp.** Parce, queso, maledictis. Jam ante monui, Dei Verbum carne passibili, secundum Scripturarum traditionem, se induisse, et se illi unisse: per ipsam autem Deum Verbum et Dei Filium apparuisse, et cum ipsa laborem, et somnum et humana omnia, peccato tantum excepto, sustinuisse: non quod corruptioni subjaceret, siquidem incorruptibile et vivificum Dei Verbum corruptione et interitu longe superius est; sed ut interitum ab hominum genere submoveret. Nec arbitror regi vitio verti posse, si servare quod ejus proprium est volens, servili habitu se induat. Et quomodo quispiam ei, qui suapte natura liber est, crimini vertere audeat, quod nostri causa homo fieri dispensatorieque in nostris versari non abnuerit? Patris benignitatem, qui proprium Filium propter nos donavit, amplectere; in ipsam autem rem curiosius, queso, noli inquirere. Non enim per Græcorum sapientiam, aut mundanum sensum percipitur, sed ab utroque est aliena. « Beatus es, Simon Bar-Jona, » inquit Dominus Petro, « quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cælis ». Nam divini adventus Filii Dei cognitio, cælestis donum est.

Interrog. Quomodo universorum opifex Deus Verbum, qui nec tangi, nec cerni, nec mutari, nec circumscribi potest, in vili ligno crucem mortemque sustinuit? **Resp.** Mortem et crucem Dei Verbum per propriam carnem sustinuisse dicimus: sustinuit autem hæc, ut nos a morte et corruptione immunes redderet. Nam animam propriam ille pro nobis posuit, non peregrinam, aut a Deo Verbo alienam: inexplicabilis enim est unio. Ipse enim ait: « Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam ». Illius animæ proprium lædere, contristari, e corpore emigrare, quemadmodum et carni quoque peculiare est defatigari, crucifigi, exsuscitari, in altum sublata collocari. Veruntamen omnia hæc et Dei sunt, et Dei esse dicuntur. Dei enim est anima, Dei est caro.

Interrog. Quomodo omnipotens Patris Verbum resurrexit, aut incorruptibile corruptioni obnoxium fuit? **Resp.** Corruptionem haud sustinuit nec ipsa quidem Dei Verbi caro. Nam quia parum legitime distinguitis, parum etiam legitime interrogatis. Jam enim dudum ante propheta de Christo pronuntiat: « Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem ». Sane passionem voluntariam sustinuit Dei Filius, qui Patrem immensum in se continet, et ab ipso vicissim Patre continetur. Nam a Patre comprehensus, et in paterno sinu existens, inexplicabili quodam modo etiam propria carne continebatur. Idem Dei Filius tertia die revixit inferis despoliatus, et cum propria carne nobis apparuit, quod videlicet

10 Matth. xvi, 17. 11 Joan. x, 18. 12 Psal. xv, 10; Act. ii, 51.

nos quoque a morte et corruptione liberaret ¹². Dei itaque est passio, Dei resurrectio, Dei assumptio, Dei denique illa nobiseum per omnia similitudo, peccato excepto ¹³: neque imaginarie, sed vere omnia in eo fuerunt. Ipsi simul cum Patre et Spiritu sancto sit gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ἀ Θεοῦ τὸν νυν τὸ πάθος, Θεοῦ καὶ ἡ ἀνάστασις, Θεοῦ καὶ ἡ ἀνάληψις, Θεοῦ καὶ ἡ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσις, χωρὶς ἁμαρτίας. Οὐ δοκῆσει, ἀλλὰ ἀληθεῖα τὰ πάντα γέγονεν ἐν αὐτῷ. Αὐτῷ ἡ δόξα. Ἄμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

¹² Rom. viii, 21. ¹³ Hebr. iv, 15.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΑΛΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ.

SANCTI CYRILLI

DE INCARNATIONE DOMINI *.

Μαί, Biblioth. nova Patrum, II, 31.

805m I. *Quod utilis sit audientibus divinæ incarnationis commemoratio.*

Satis, ut puto, de sancta Trinitate tanquam in orthodoxorum concione et evangelicis dogmatibus credentium disseruimus. Non enim contradicere in præsentii irreligiosis, sed apostolorum discipulis fidem exponere propositum nobis fuit. Quia vero et divinorum beneficiorum magnitudo magnopere solet succendere Deo addictorum affectum eosque fervidiores efficere Dei amatores, ideo necessario hunc quoque aggredior libellum, ut præterito sermoni de Deo connectam incarnationis mysterium demonstreremque qualia et quanta Creator generi nostro beneficia contulerit. Nunquam enim cessarunt divinorum donorum fontes quominus bona hominibus effunderent.

II. *Narratio eorum quæ Deus ad hominum jam inde ab initio utilitatem contulit.*

Ex quo hunc optime temperatum mundum creavit Deus, variis simul beneficiis naturam nostram cumulavit. Et primo quidem eam quæ non erat fecit, et formatam honoravit, pulveremque in hominis naturam prout voluit convertit; et deformi luto pulchritudinem simul animamque **806m** largitus est, oculorum claritatem, vultus hilaritatem, genarum lævitatem, linguæ flexibilitatem, sanguinis rivulos ad omnia corporis discurrentes membra, et congruam carni nervis atque cuti rigationem ministrantes, ossium duritiem, et inclusarum his me-

B A'. *"Οτι ὠφέλιμον τοῖς ἀκούουσιν ἡ τῆς θείας οἰκονομίας ἀνάμνησις.*

Ὁ μὲν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ὡς ἐν εὐσεβῶν συλλογῇ, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς δόγμασιν παιθομένων, ἀποχρώντως ἡμῖν, ὡς οἶμαι, λόγος διήνυσται. Οὐ γὰρ ἀνταπεινὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος τοῖς ἀσεβέσιν, ἀλλὰ τοῖς φοιτηταῖς τῶν ἀποστόλων ἐκθέσθαι πίστιν προϋθέμεθα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν θείων εὐεργεσιῶν τὸ μέγεθος ὑφάπτειν οἶδε μειζόνως τῶν φιλοθέων τὸν πόθον, καὶ θερμοτέρους αὐτοὺς καθίστησιν ἐραστάς τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαίως καὶ ἐπὶ τούτον βαδιούμαι τὴν λόγον, τῇ θεολογίᾳ τὴν οἰκονομίαν συνάπτων, καὶ δεικνὺς ἤλικα καὶ ὅσα ὁ Ποιητὴς τὸ ἡμέτερον εὐηργέτησε γένος. Οὐ γὰρ ἐπαύσαντο πώποτε τῶν θείων δωρεῶν αἱ πηγαὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἀγαθὰ C ἀναδύζουσαι.

B'. *Διήγησις τῶν ἐπὶ Θεοῦ γεγενημένων εἰς τὴν ἀνθρώπου εὐεργεσιῶν ἐξ ἀρχῆς.*

Ἄλλ' ἀφ' οὗπερ τότε τὸν παναρμόνιον κόσμον ἐδημιούργησεν, ταῖς ποικίλαις εὐεργεσίαις τὴν ἡμετέραν ἐπικλύζει φύσιν ὁ Ποιητὴς. Καὶ πρῶτον μὲν μὴ ὄντα πεποίηκε καὶ διαπλάττων ἐτίμησεν, καὶ τὸν χεῖρον εἰς ἀνθρώπου φύσιν μετέβαλεν ὡς ἠθέλησε, καὶ τῷ δυσσεδεῖ πληρῷ κάλλος καὶ ψυχὴν ἐδωρήσατο, ὀφθαλμῶν λαμπρότητα, καὶ γαλήνης καθαρότητα, καὶ παρσιῶν λειότητα, καὶ γλώττης ἀπαλότητα, καὶ αἵματος ὀρεχτοῦς εἰς ἅπαντα τοῦ σώματος διαθέοντας μέλη, καὶ ἀρθεῖαν ἀποχωρῶσαν σαρκὶ καὶ νεύροις χορηγοῦντας καὶ δέρματι, ὁσίων ἀντιτυπίαν, καὶ

* Sequentia cuncta capitula opus constituunt prorsus diversum ab illis jamdiu editis S. Cyrilli Scholiis de incarnatione Domini.

τῶν ἐν τούτοις αποκειμένων μυελῶν τὸ χρεῖωδες, ἅλλα δσα τοῦ ἀνθρωπίνου ζώου τὸ δρώμενον ἔχει. Καὶ πρὸς τούτοις, νοῦν ἔδωκεν ἡγεμόνα καὶ κυβερνήτην, σοφίας πληρώσας, τέχνης ἀπάσης καὶ ἐπιστήμης ἐμπλήσας, καὶ λογικὸν ἀπέφηνε τὸν πηλινὸν ἀγαλμα, καὶ οἰκίαν εἰκόνα πεποίηκε τὸν χοῦδὸν ἀνδριάντα, τὸ ἀρχικὸν καὶ αὐτοκρατορικὸν καὶ δημιουργικὸν τῆ νοερᾶ ψυχῆ καὶ ἀθανάτῳ δωρησάμενος. Ἔτα βασιλεία κτηνῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἔρπετων, νηκτῶν, καὶ ἀμφιβίων, καὶ τῶν ἀεροπόρων ὀρνίθων ἐχειροτόνησε. Πρὸ δὲ τούτων ὡσπερ τινὰ παστάδα χαριεστάτην ἄνωθεν ἐξέτεινε οὐρανὸν, λειμῶνας ἀστέρων ἐγκαταπέφας, χρεῖαν τε ὁμοῦ καὶ τέρψιν παρέχοντας· ἥλιόν τε ἀνίσχειν κελεύσας, καὶ δύσεσθαι, καὶ ποιεῖν ἡμέρας καὶ νύκτας, καὶ τῷ δρόμῳ τὸν χρόνον μετρεῖν· σελήνην φθίνειν καὶ πληθεῖν, καὶ ταῖς πυκναῖς μεταβολαῖς ἔδειν τε ὁμοῦ καὶ σημαίνειν κύκλον τὸν ἐνιαύσιον· γῆν δὲ κάτωθεν ὑπεστόρεσσ, καὶ ποικίλον αὐτῆ κόσμον δέδωκεν, εἰς ἄλση καὶ λήια καὶ λειμῶνας διακρίνας· ὄρη κειρώσας εἰς ὕψος, καὶ νάπας κοιλάνας, καὶ πεδία ὑπτια καὶ ἰσοπέδα θαλάσας, καὶ πηγὰς ἀναδύζειν ἐν μέσῳ κελεύσας, καὶ ποταμούς τρέχειν ἄπαυστα, καὶ ἅλλα δσα γῆν καλλωπίζει καὶ θάλατταν.

Γ. Διὰ τί τὸν ἀνθρώπον προσηγόρευσεν Ἀδάμ.

Οὕτω δημιουργήσας τὸν πρῶτον ἀνθρώπον, καὶ τῆ εἰκότι τιμήσας καὶ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν ἀποκλύσας, τίθησιν αὐτῷ τὸ τῆς φύσεως ὄνομα· Ἀδάμ γὰρ αὐτὸν προσηγόρευσεν· τοῦτο δὲ τὸν χοῦν δηλοῖ τῆ Ἑβραίων φωνῆ. Μία δὲ καὶ αὐτὴ περὶ τὸν ἀνθρώπον κηδεμονία. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμελλε τοσοῦτοις ἀγαθοῖς ἐντροφήσειν, καὶ τοσοῦτων ἀρχῶν ἀνηγορεύθη καὶ βασιλεὺς, ἵνα μὴ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν ὑπερμαζήσας, καὶ τῷ ὕψει τῆς ἡγεμονίας ἐπαρθεῖς κατασχιρτήσῃ τοῦ κτίσαντος, καὶ μεγίστην ἐκ τῆς τυραννίδος ἀπενέγκηται βλάβην, κατὰ τὸν πρῶτον ἀποστάτην ἐκείνον τὸν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα δι' ἀλαζονείαν, ἀναγκαίως ὁ σοφὸς τῶν ὄλων πρύτανις κωλύων αὐτοῦ τὸν ἔγχεον τοῦ φρονήματος. Ἀδάμ προσηγόρευσεν, ἵνα ἐκ τῆς προσηγορίας ἐνοῶν τὴν συγγένειαν, καὶ τὰς ἀφορμὰς τῆς φύσεως λογιζόμενος, καὶ τὸν πρόγονον χοῦν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν θεώμενος, ἑαυτὸν μὲν γνωρίζῃ, προσκυνῆ δὲ τὸν τοσαύτην εὐπρέπειαν αὐτῷ καὶ μεγαλοπρέπειαν δωρησάμενον· αὐτὴ πρώτη περὶ τὸν ἀνθρώπον ἐδείχθη τοῦ Ποιητοῦ μετὰ τὴν δημιουργίαν πρόνοια· ὣτως ἐξ ἀρχῆς οἶα τις πατὴρ καὶ ἰατρός καὶ διδάσκαλος, κοσμῶν ὁμοῦ καὶ ἰατρῶν καὶ διδάσκων αὐτὸν τὴν ἀρετὴν, διετέλεσεν.

Δ'. Διὰ τί τὴν γυναῖκα ἐκ τῆς πλευρᾶς ἐδημιούργησε.

Οὕτως αὐτὸν διαπλάσας, οὕτως προσαγορεύσας, βοηθὸν αὐτῷ καὶ συνεργὸν καὶ τοῦ βίου κοινωνὸν παραχρῆμα ἐδημιούργησεν· οὐκ ἐκ μόνης δὲ τῆς γῆς, ὡς ἐπ' ἐκείνου, λαμβάνει τὰς ἀφορμὰς τῆς

dullarum utilitatem, et quotquot alia in humano animali videre est. Et præter hæc, mentem dedit ducem et gubernatricem, sapientia imbutam, artis omnis scientiæque capacem; et rationalem exhibuit luteam statuam, atque ad imaginem suam conformavit pulvorem simulacrum, imperativam vim, liberam arbitrium, et quidvis fabricandi potentiam intellectuall immortallque animæ concedens. Deinde hominem belluarum, et quadrupedum, ac reptilium, aquatiliam, et amphibiorum, et volatiliam avium regem constituit. Ante hæc autem, quoddam veluti jucundissimum cubiculum desuper extendit cælum, siderum amœnitates inserens, quæ usum simul delectationemque præbent: solem oriri jubens et occumbere, diesque et noctes efficere, curaque suo tempora metiri; lunam minui et augeri, suisque frequentibus revolutionibus delectare pariter, et annum circulum significare. Jam tellurem hic inferius substravit, eique varium ornatum dedit, silvis, arvis, pratisque distinguens, montes in sublimitates curvans, valles excavans, campos supinos æquabilesque ostendens, fontesque de medullis scaturire jubens, et flumina perenniter decurrere, atque alia omnia quotquot terram mareque exornant.

III. Cur hominem appellaverit Adamum.

Cum sic primum hominem condidisset, et imaginis suæ honore auxisset, donorumque copia obruisset, nomen ei naturæ ipsius proprium imposuit; etenim Adamum nuncupavit, quod vocabulum in Hebræorum lingua pulvorem significat. Atque hæc etiam erga hominem providentiæ **807** fuit. Nam quia tantis bonis fruiturus erat, totque creaturarum princeps constitutus erat et rex, ne dæmonum multitudine lascivens et principatus excelitate elatus adversus Creatorem petulans ferret, maximumque ex hac veluti tyrannide detrimentum caperet, more illius primi apostatæ, qui tanquam fulgur superbæ suæ causa cælo excidit¹, necessario sapiens rerum omnium curator, tumorem ipsius mentis comprimens, Adamum appellavit, ut ex nomine conditionem suam reputans, et naturæ primordia considerans, parentemque suum pulvorem præ oculis habens, se ipsum quidem cognosceret, adoraret autem illum, qui tantum ei decorem ac speciositatem donavit. Prima hæc erga hominem Factoris post creationem providentiæ exstitit. Ita is jam inde ab initio, ceu pater quidam et medicus et magister, ornans simul et sanans virtutemque docens, se gessit.

IV. Cur mulierem ex viri latere formaverit.

Postquam eum ita formaverat atque appellaverat, auxiliarem eidem et cooperatricem vitæque sodalem illico fabricavit. Haud tamen ex sola terra, sicut in ipso fecerat, materiam plasmatis sum-

¹ Isa. xiv, 12.

poit; sed unam ex viri costis capiens, atque hac ceu basi et fundamento utens, femineam naturam composuit: haud sane materiae penuria, sola enim ei voluntas ad cujusvis rei creationem sufficiebat, sed quia concordiae vinculum naturae indere voluit. Hortum quoque consevit, eumque plantis omnigenis exornavit, idque habitaculum homini concessit, praebens illi virtutis exercitium, haud laboriosum neque multi sudoris praecipuum imponens, sed modesto certe perfacile.

V. *Cur ei legem constituerit.*

Nam cum omnibus horti plantis vesci eam jussisset, unius gustum vetuit; neque id ipsum temere fecit, sed ut homo **808m.** auctorem suum agnosceret, atque instar jugi ejusdam legem Creatoris haberet; utque sciret se quidem in terra regnare, sed tamen Factorem suum vicissim sibi dominari, praesse et subjici, imperare et imperari, ducere et duci. Sed et alloquin congrua est rationalibus legislatio: est enim brutorum proprium sine lege vivere. Mandatum autem circa escam Creator illi imposuit, quia alius cujusvis legis tunc fulset inutilis latio. Quid enim ei vetandum erat? Num ne occideret? Atqui nemo erat, in quem caedes caderet. Num ne mœcharetur? Atqui ne si vellet quidem id poterat, cum alia femina non esset. Num ne furaretur? At cujus bona? Cuncta enim in ejus potestate erant. Erat igitur ille mundus temporis suo conveniens, neque tantummodo illis qui duo soli erant, verum etiam pueris recenter natis idoneus.

VI. *De Adami exilio.*

Sed postquam invidia diaboli, et mulieris simplicitate errorem commisit (namque hanc utpote debiliorem fallens, primo per ipsam, ceu persuadendo aptiorem, Adamum nostrae salutis hostis circumvenit), pulsus illico paradiso fuit, et ad connaturalem suam terram dimissus est, sudori, labori, ærumnaeque deditus, ac veluti freno quodam, agriculturae labore, aliorumque vitae malorum perpeccatione constrictus. Quia enim illam labore omni ac dolore liberam vitam non cum grato animo tolerat, calamitate deinceps implicatus fuit, ut contractum prosperitate morbum, laboribus depelleret. Tum etiam morte peccati cursum legislator interrupit, et poenam ipsam instar clementiae intulit. Cum enim transgressioni mortem decrevisset legislator, factus vero transgressor homo in eam poenam incurrisset, operam ille dedit ut poena in salutem vergeret. Namque hoc animal mors dissolvit, malitiae actionem sistit, laboribus subtrahit, sudoribus liberat, doloribus curisque eripit, sinem corporis **809m.** imponit passionibus. Tanta nimirum clementia poenam temperavit iudex!

VII. *Quam ingrati homines fuerint, et quam providus Deus, narratur.*

Sed nihil inde genus hominum ingratum perce-

Α διαπλάσως, ἀλλὰ μίαν τῶν πλευρῶν ἐκείνου λαβὼν, καὶ ταύτη καθάπερ τινὶ κρηπίδι καὶ θεμελίῳ χρησάμενος, τὴν γυναικαίαν φύσιν ποιεῖ· οὐχ ὕλης ἀπορίᾳ· μόνῃ γὰρ αὐτῷ βουλῇ πρὸς τὴν ἄλων δημιουργίαν ἤρκεσεν· ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τῆς ὁμοιοῦσας ἐνθελίνας τὸν σύνδεσμον. Φυτεύει καὶ παράδεισον, καὶ φυτοῖς αὐτὸν κατακοσμεῖ παντοίοις, καὶ τοῦτον ἐνδιαίτημα τῷ ἀνθρώπῳ χαρίζεται, δεδοκῶς αὐτῷ γυμνάσιον ἀρετῆς, ἐπιτολὴν οὐκ ἐπίπνονον, οὐδὲ γέμουσαν ἰδρώτος, ἀλλὰ μάλα σφραγισμένην βρῆδιαν.

Ε'. *Διὰ τί νόμον αὐτῷ τέθεικεν.*

Πάντων γὰρ τῶν φυτῶν τοῦ παραδείσου κλελεύσας ἀπολαύειν, ἐνὸς ἀπηγόρευσε τὴν μετάληψίν· οὐχ ἀπλῶς οὐδὲ τοῦτο πεποιηκός, ἀλλ' ἵνα τὸν πεποιηκότα γνωρίξῃ, καὶ ὥστερ τινὰ ζυγὸν ἔχῃ τὸν νόμον τοῦ δημιουργήσαντος, ἵνα γινώσκῃ ὡς βασιλεύει μὲν τῶν ἐν τῇ γῆ, βασιλεύεται δὲ ὑπὸ πλάσαντος. ἄρχει καὶ ἀρχεται, δεσπόζει καὶ δεσπόζεται, ἡγεῖται καὶ ἄγεται. Ἄλλως δὲ καὶ πρόσφορος ἡ νομοθεσία τοῖς λογικοῖς· ἀλόγων γὰρ ἴδιον τὸ νόμων χωρὶς πολιτεύεσθαι· τὸν δὲ περὶ βρώσεως νόμον τέθεικεν αὐτῷ ὁ Ποιητὴς, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων νόμων ἡ θέσις περιττὴ τρυκαυτὰ ἦν. Τί γὰρ αὐτῷ καὶ ἀπαγορεύειν ἐχρήν; Μὴ φονεῦσαι; Ἄλλ' οὐκ ἦν ὁ τοῦτο πεισόμενος. Ἄλλὰ μὴ μοιχεύσαι; Ἄλλ' οὐδὲ βουληθεὶς οἶός τε ἦν, γυναικὸς ἄλλης οὐκ οὐσης. Ἄλλὰ μὴ κλέψαι; Τὰ τίνο; Αὐτοῦ γὰρ ἦν ἅπαντα. Ἀρμόδιος τοίνυν ὁ κόσμος ἐκεῖνος ἦν τῷ τότε καιρῷ, καὶ οὐ μόνον τοῖς μόνοις οὖσιν, ἀλλὰ καὶ παιδίοις ἀρετιγενέσιν συμβαίνων.

Ζ'. *Περὶ τῆς ἐξορίας τοῦ Ἀδάμ.*

Ἐπειδὴ δὲ φθόνῳ διαδόλου, καὶ γυναικὸς εὐκολίᾳ τὴν ἀπάτην ἐδέξατο (ταύτην γὰρ ὡς ἀπαλωτέραν φανακίνας, πρότερον δι' αὐτῆς, ὡς πιθανωτέρας, τὸν Ἀδὰμ ὁ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀλάστωρ ἐπολιόρησεν), ἐξεδήληθη μὲν ἐθὺς τοῦ παραδείσου, καὶ πρὸς τὴν συγγενῆ γῆν παρεπέμφθη, ἰδρωτί καὶ πόνῳ καὶ ταλαιπωρίᾳ συγκαληρωθεὶς, καὶ οἶόν τινα χαλινῷ τῇ γηπονίᾳ καὶ κακοπαθείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις τοῦ βίου πονηρίαις παραδοθεὶς. Ὡς γὰρ τὴν ἄπνον ἐκείνην καὶ ἄλυπον οὐκ ἐνεγκῶν εὐγνωμόνως ζῶν, τῇ δυσημερίᾳ συζεύγνυται, ἵνα τὴν ἀπὸ τῆς εὐημερίας φερομένην νόσον διὰ τῶν πόνων ἀποσκευάσῃται. Διακόπτει δὲ καὶ θανάτῳ τὸν δρόμον τῆς ἀμαρτίας ὁ νομοθέτης, καὶ αὐτὴν δείκνυσι τὴν τιμωρίαν φιλανθρωπίαν. Ἐπειδὴ γὰρ τῇ παραβάσει νομοθετῶν συνέζησε θάνατον, παραβάς δὲ ὑπὸ τὴν τιμωρίαν ἐκείνην ἐγένετο, οἰκονομεῖ τὴν τιμωρίαν σωτηρία γενέσθαι. Διαλύει γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον ὁ θάνατος, καὶ παύει μὲν τὴν τῆς πονηρίας ἐνέργειαν, ἀπαλλάττει δὲ πόνων, καὶ ἰδρώτων ἐλευθεροῖ, λύπας καὶ φροντίδας ἐλαύνει, τέλος τοῖς τοῦ σώματος δίδωσι πάθει. Τοσαύτη φιλανθρωπία τὴν τιμωρίαν ἐκέρασεν ὁ κριτής!

Ζ'. *Διήγησις τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀχριστίας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας.*

Ἄλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν τὸ ἀχάριστον γένος τῶν ἀν-

θρώπων ἀπάνωτο· μείζοσι δὲ ἀγκυμοσύναις τὸν εὐ-
εργέτην ἡμέψατο. Εὐθύς γὰρ ἀδελφοκτονία τολμᾶ-
ται, καὶ φθόνος, καὶ ψεῦδος, ἀκαλοσίαι τε καὶ
ἀσέλγειαί, ἀδικίαι, καὶ ἀλληλοφονίαι, καὶ τῶν
ἄλλοτριων ἀρπαγαί, καὶ τἄλλα ὅσα ἐβλάστησεν ἡ
ἁμαρτία κακά. Ἄλλ' οὐδὲ οὕτως ὁ Ποιητὴς ἦν δι-
πλασεν ἀπηγόρευσεν φύσιν· σφῶς δὲ αὐτὸ καὶ δια-
φόρως ἐτέλεσεν, λατρεύων, ἐπιτιμῶν, ἐγκαλῶν, εἰσ-
ηγούμενος τὰ δέον, συμβουλευῶν, ἀπειλῶν, ἐπάγων
τὴν ἀπειλήν, κολάζων τοὺς πονηροὺς, στεφανῶν τοὺς
ἀγαθοὺς, καὶ τὸν μὲν ἀνακηρύττων, τὸν δὲ μετα-
τιθεὶς, τὸν δὲ ξύλῳ μετὰ τοῦ γένους διασώζων, καὶ
σπινθῆρα τῇ φύσει διατηρῶν, ἐπικλύζων τὴν γῆν,
διαφθεῖρων ὕδατι τοὺς ἐργάτας τῆς πονηρίας, αἰξῶν
αὔθις τὸ ἀνθρώπινον γένος, μερικαῖς τιμωραῖς κοι-
νὰς λατρείας ποιούμενος, πόλεις ἀσεβείαις συζώσας
πυρὶ καταφλέγων οὐρανίῳ, τὸν σὺν αὐτοῖς μὲν οἰ-
κοῦντα, τῆς δ' ἀσεβείας οὐ κοινωνοῦντα, τῆς τιμω-
ρίας ἐλευθερῶν, εὐετηρίας δωρούμενος, ἐν καιρῷ
ὕδην χαρίζόμενος, αἰξῶν ἀρρήτως τὰ παρὰ τῶν
ἀνθρώπων καταβαλλόμενα σπέρματα, καρπῶν ἀφθο-
νίξ· βρύειν τὰ δένδρα κελεύων, λιμῷ παιδεύων
τοὺς οὐδὲν ἐκ τῆς εὐθηνίας ὠφεληθέντας, νόσους
ἐπάγων, καὶ πάλιν ταύτας ἐλαύνων, χαλασφενδονῶν
τάς τῆς ζωῆς ἀφορμὰς, νέφειν ἀκριδὸς τὸν ἥλιον
κρύπτων καὶ τοὺς καρποὺς διαφθεῖρων· νεύων αὔθις,
καὶ τὰ λυπηρὰ μεταβάλλων, τοὺς τὴν εὐσέθειαν
ἀγαπήσαντας οὐκ ἔων, καὶ τούτοις φαινόμενος, καὶ
φιλικῶς διαλεγόμενος, καὶ διὰ τούτων προσημαίνων
τὰ μέλλοντα.

II. Ὅτι φιλιανθρωπίας γέμει ἡ τοῦ Θεοῦ ἐναν-
θρώπησις.

Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα, καὶ τἄλλα τὰ μυρία καὶ
δυσδιήγητα τῆς θείας οἰκονομίας εἶδη ἔλιγους μὲν
εὐηργέτησεν, οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνηκέστως
διέκειντο, τότε δὴ, τότε τὸ μέγα καὶ ἀρρήτον γίνεται
τῆς οἰκονομίας μυστήριον· αὐτὸς γὰρ ὁ Λόγος τοῦ
Θεοῦ, ὁ δημιουργὸς ἀπάσης τῆς κτίσεως, ὁ ἀχώρη-
τος, ὁ ἀπερίγραπτος, ὁ ἀναλλοίωτος, ἡ πηγὴ τῆς
ζωῆς, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ ζῶσα τοῦ Πατρὸς
εἰκὼν, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ὁ χαρακτήρ τῆς
ὑποστάσεως, τὴν ἀνθρωπεῖαν φύσιν ἀναλαμβάνει,
καὶ τὴν οἰκείαν εἰκόνα νεοποιεῖ τῇ ἁμαρτίᾳ δια-
φθαρείσαν, καὶ τὸν ἀνδριάντα τὸν ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τῆς
πονηρίας παλαιωθέντα ἀνανεοῖ, καὶ τοῦ πρώτου χα-
ριέστερον δείκνυσιν, οὐκ ἀπὸ γῆς ὡς πάλαι τοῦτον
δημιουργήσας, ἀλλ' αὐτὸς καταδεξάμενος· οὐ τὴν
θεῖαν φύσιν εἰς ἀνθρωπεῖαν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τῇ θεῖᾳ
τὴν ἀνθρωπεῖαν συνάψας· μένων γὰρ ὁ ἦν, ἔλαθεν
δ' οὐκ ἦν· καὶ τοῦτο ἡμᾶς διδάσκει ὁ μακάριος
Παῦλος βοῶν· «Τοῦτο φρονεῖσθε ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν
Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ
ἀρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν
ἐκένωσε, μορφήν δούλου λαθὼν.» Ἐξ ὧν εὐδηλον,
ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ μορφή, μένουσα ὁ ἦν, ἔλαθε τὴν
δούλου μορφήν· μορφήν δὲ καλεῖ οὐ τὸ φαινόμενον
μόνον τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἀνθρώπου

pit utilitatis: imo et peioribus maleficis benefacto-
rem remuneratus est. Statini enim fraternæ cædis
facinus, invidia, mendacium, intemperantia, luxu-
riæ, injuriæ, mutæ occisiones, alienæ rei rapinæ,
et alia hujusmodi quæ peccatum peperit mala. Sed
ne sic quidem quam formaverat abjecit Deus natu-
ram: sed varia sapientia ad eam finem usus est,
medens scilicet, inerepans, inessans, ad officium
erudiens, consilia suggerens, comminans, minas
ipsas in rem conferens, malos puniens, bonos mu-
nerans, et alium quidem laude ornans, alium de
mundo transferens, alium arca lignea cum genere
salvans, et naturæ scintillam conservans; terram
diluvio obruens, et nequitæ operatores aquis præ-
focans; multiplicans rursus humanum genus, sin-
gularibus pœnis generales medelas faciens, civita-
tes sceleribus deditas igne exurens cœlesti; virtus
illarum quidem incolam, sed scelerum minime par-
ticipem, pœnæ eripiens: annuo s proveniens suppe-
ditans, imbre opportuna largiens, augeas arcana
modo jacta ab hominibus semina, fructuum ubertate
arbores luxuriare jubens, fame aliquando erudiens
illos quos abundantia non juverat, morbos immit-
tens, atque hos rursus depellens; grandine verbe-
rans vitæ subsidia; locustarum nimbia solem ob-
scurans, frugesque cœrrumpens; favens iterum, et
molestias averiens, religiosos homines non dese-
rens, his etiam apprens, amice colloquens, per-
que hos futura portendens.

C VIII. Quod summam demonstrat clementiam incar-
natio Dei.

Postquam vero tum hæc tum alia innumera vix-
que effabilia divinæ providentiæ **SIO** genera,
paucis oppido profuerunt, reliqui autem homines
insanabiles permanebant, tunc deum magnum at-
que ineffabile peractum fuit incarnationis myste-
rium. Ipsum enim Dei Verbum, rei universæ crea-
tæ auctor, immensus ille, incircumscrip-
tus, immutabilis, vitæ fons, lumen de lumine, viva Patris
imago, splendor gloriæ, figura substantiæ², huma-
nam naturam assumpsit, propriamque imaginem
peccato corruptam restauravit, statum a filio ini-
quitatis antiquatam renovavit, et priore pulchri-
orem ostendit, haud jam ex terra, ut olim, eam for-
mans, sed ipsemet in se recipiens: haud sane di-
vinam naturam in humanam convertens, sed divi-
næ humanam copulans. Manens enim quod erat, id
quod non erat suscepit. Quam rem nos docet bea-
tus Paulus clamans: «Hoc sentite in vobis quod et
in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non
rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed
semetipsum exinanivit, formam servi accipiens³.»
Unde patet, Dei formam in eo quod erat manentem,
servi formam suscepisse. Formam autem appellat
non id tantummodo hominiam quod apparet, sed totam
prorsus hominis naturam. Nam sicuti Dei forma,

² Hebr. 1, 3. ³ Philipp. 11, 5-7.

substantiam Dei significat (de cætero enim sine A specie Deus est et sine figura, nemoque nisi forte delirans, diceret Deum formam habere et membrorum distinctionem, cum sit incorporeus ac simplex): ita servi forma non hoc quod cernitur solam, sed totam hominis demonstrat naturam.

IX. *Reprehensio hæreticæ pravitatis.*

Nonnulli rectæ religioni contraria sentientes, dum apostolicis dictis nituntur veritatis dogmata vulnerare, Arius quidem et Eunomius inanem hominem a Deo Verbo assumptum affirmant: Apollinaris autem animatum quidem, sed mente experientem, **SII**m. qui de humana anima quid æstimet nescio. Marcion vero ac Manes, et reliqua illa impietatis factio, universum incarnationis pessumdam mysterium. Hi ineffabilem sanctæ Virginis conceptum graviditatemque, fabulam ac simulamentum arbitrantur: corporis autem specie phantastica velatam divinitatem dicitant, atque hoc modo hominibus hominem apparuisse. Necesse est igitur apostolicorum verborum perspicuum sensum sistere orthodoxis, nempe « qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. » Verba hæc prædictorum unusquisque hæreticorum ad suum sensum trahens, detestandorum dogmatum fabricat falsitatem. Arius quidem, et Eunomius, atque Apollinaris, et horum similes, servi forma et habitu et similitudine hominis, externam naturæ nostræ speciem denotari prædicant: qui autem detestabilioris adhuc agminis sunt, habitum et similitudinem ad umbram quamdam et imaginem, ac phantasiam corpori similem, sententia sua trahunt.

X. *Interpretatio verborum, « qui cum in forma Dei esset ».*

Nos itaque utriusque factionis vesaniam confestim refutabimus. Nam formam servi, substantiam, ut jam demonstravimus, servi appellat. Nam si Dei forma substantiam Dei significat, patet servi quoque formam, servi substantiam significare. Verba autem, « in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo, » non tanquam naturæ vocabula Apostolus posuit, sed operationis. Nam quia Christus Dominus, nostram habens naturam, haud tamen nostram in se recepit malitiam, sed omni peccato caruit, ut propheta clamat², nempe « qui iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus; » nec non deserti incolæ Joannes contestatur dicens: « Ecce agnus qui **SII**m. mundi peccatum tollit³: » idcirco beatus Paulus, in similitudinem hominis factum ipsum necessario dixit, et habitu inventum

¹ Philipp. II, 6. ² Isa. LIII, 9. ³ Joan. I, 29.

(1) Sic plane in tertio decimo ex Arimæorum fragmentis, quæ nos edidimus *Script. vet. t. II, part. II, p. 228*, ubi videsis in adnot. alia testimonia.

φύσιν· ὡςπερ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ μορφή, τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν σημαίνει, ἀνείδεν γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ οὐδεὶς ἂν εἴπη μὴ παραπαίων, μορφήν ἔχειν, καὶ μελῶν διαίρεσιν, τὸν ἀσώματον καὶ ἀσύνθετον, οὕτως ἡ τοῦ δούλου μορφή, ὃ τὸ ἐρώμενον τοῦτο μόνον, ἀλλὰ πᾶσαν τοῦ ἀνθρώπου δηλοῖ τὴν οὐσίαν.

Θ. *Ἐλεγχος τῆς τῶν αἰρετικῶν ἀσεβείας.*

